

Dittenberg

QUAESTIONES PROTAGOREAE.

SCRIPSIT

IOANNES FREI

TURICENSIS.

BONNAE

IMPENSAM FECIT ADOLPHUS MARCUS

A. MDCCCXLV.

IOANNI CASPARI ORELLIO

HERMANNO SAUPPIO

PRAECEPTORIBUS DILECTISSIMIS

D. D. D.

DISCIPULI PIETAS.

PROOEMIUM.

»In historia sophistarum enarranda ac ferendo de eorum placitis iudicio mirum est quantum prioribus temporibus a vero aberraverint omnes qui hanc historiae philosophiae partem attigerint, capti Platonis ac Xenophontis auctoritate, quos ipsos, vel metientes illa prioris aetatis lumina, Gorgiam imprimis ac Protagoram, ex homunculis istis quos sua aetate sophisticam artem exercentes viderent, vel studio ductos praeceptori suo illorum obtrectatione clariorem lucem circumfundendi ad longe iniquissimum de illis iudicium ferendum permotos esse putandum est. — Summopere igitur optandum est ut tandem existant, qui locis scriptorum diligenter congestis et omni re rite perpensa sine ira et studio de sophistis exponant.«

Ita Eduardus Geistius Progr. Paedag. Giss. 1827. p. 3 Quod quam vere disputatum sit iam nemo est quin intelligat. Praeterlapsum enim illud est tempus, quo sophistarum doctrina non intelligebatur nisi ex mera mentis humanae aberratione quadam ipsorumque inani gloriae aurique captatione. Quod etiam si recte fieret, quaestiones Protagoreas instituere nihilo ego magis dubitassem: nam qui sua ratione suoque ingenio totam quasi repraesentarint aetatem, ii, quamvis natura fuerint pravissimi, tamen non possunt eorum qui Graecorum rebus in-

quirendis operam navant non advertere animos. Sed postquam universae sophistarum philosophiae naturam Hegelius ita exposuit, ut quo magis ab illo recedamus eo longius a vero aberrare videamur, et cum Welckerus luculento illo Prodici exemplo veram condiderit de singulis sophistis disquirendi rationem: iniquas istas omnium qui sophistae nomine vulgo comprehenduntur obtrectationes, quanquam etiam nunc passim audiuntur, tamen penes quos iudicium est iam nemo moratur, sincerioribusque examinationibus, quales sunt Caroli Friderici Hermanni, Eduardi Zelleri, aliorum, illae tandem obsolescere inceperunt.

Neque qui Protagoram, sophistam Cicerone iudice illius temporis vel maximum, sibi tractandum sumpserit rem actam agere videtur. Quam enim Novorum Actorum societatis Rheno-Traiectinae parte secunda anno 1823. edidit Iacobus Geelius »historiam criticam sophistarum qui Socratis aetate Athenis floruerunt«, ea, si ullum unquam munus quod certo definitoque temporis spatio absolvendum erat (proposita enim erat haec quaestio qua in tractanda de praemio concertaretur), tumultuariae curae notis signata est manifestissimis. Quod enim ad Protagoram attinet, Geelius cum de aliis rebus magnopere videtur errasse, tum in sophistae aetate describenda tanta cum negligentia versatus est vir egregius, ut fidem excedat. Atque omnino ob materiae amplitudinem singulorum sophistarum tractationi non eam quae nunc desideratur impertire potuit diligentiam. Ludovicus Ferdinandus Herbstius autem, qui libelli cui inscriptum est Philologisch-historische

Studien auf dem akademischen Gymnasium in Hamburg anno 1832. a Christiano Petersenio editi pag. 88. et q. seqq. copiosam de Protagora edidit disputationem, quanquam nimia iudicandi confidentia amplaeque doctrinae specie quadam et magistrum suum Petersenium (vid. praefat. pag. XII—XIV.) et Amadeum Wendtium (Gött. gel. Anz. 1833. fasc. 88.) fefellit, nequaquam tamen fefellit C. Fr. Hermannum, qui Zimmermanni Ephemeridum (Zeitschrift für die Alterthumswissenschaft) tom. I. pag. 363. et q. seqq. librum illum merita reprehensione notavit. Herbstius enim opinionibus illis de sophistarum natura praeoccupatis adeo indulgens ad scribendum se contulit, ut quae Protagorae crimini daret undique corraderet, neque ulla re magis gauderet quam si sophistae plagam inflixisse videretur. Quo factum est, ut eius de Protagora sententia cum Philonis Iudaei tota congrueret, a quo τῆς Κάϊν ἀπονοίας ἔκγονος ille dicitur. Graviores quidem Herbstii errores, ut neque iniquius neque temerius me vituperasse appareret, suo quemque loco perstrinxi: quum vero nihil fere sit, in quo cum illo nos consentire potuerimus, singula quaeque diserte impugnare nec potui nec volui. Geistius denique (nam de ceteris dicere hoc loco nihil attinet) quae libello supra indicato de natali Protagorae mortisque tempore paucis pagellis disputat, nequaquam sunt inepta. Totam vero de Protagora disquisitionem suam in lucem editurum se promisit quidem, sed, quantum equidem scio, promisso non stetit. Quare quod magnopere ille optandum dixerat cum Protagorae nondum contigisset, hac scribendi opportunitate oblata ego

sum aggressus. Rem totam enim de integro tractans veterum locis quam diligentissime excussis atque perpensis et meas exposui sententias et aliorum falsas evertere conatus sum. Qua in re et eorum quos modo memoravi et aliorum qui in ipsa commentatione suis locis allati sunt libris quantopere etiam ubi refellendi illi essent ad verum perspiciendum via mihi munita sit hoc loco tacere religioni haberem. Maximas vero gratias habeo viris illis, quorum institutione vix quicquam est quod maiorem mihi sive utilitatem attulerit sive voluptatem: Welckerum dico et Ritschelium. Ii enim, quae est ipsorum humanitas omnibus comperta, libris summa cum liberalitate suppeditatis in conscribendo hoc libello quam plurimum me adiuverunt. Atque Welckeri auctoritate et eximia erga me benevolentia etiam factum est, ut libellum in lucem edere possem.

Ceterum quin futurum sit ut ego quoque parum praestitisse videar, nequaquam dubito. Si quis vero hanc commentationem dignam censeat quae accuratius examinetur, eum rogatum velim, ut opusculum esse teneat studiorum meorum primum specimen iuvenilibus etiam viribus susceptum non tam perficiendi spe quam experiundi voluntate. Prorsus enim mihi satisfecero, si quem et ingenio et doctrina me superiorem temporisque angustiis minus coercitum his quaestionibus excitavero ad Protagoram omni ex parte ea qua dignus est luce illustrandum.

Scripsi Bonnae Kalendis Martiis anni MDCCCXLV.

QUAESTIONUM PROTAGOREARUM

LIBER PRIMUS.

PROTAGORAE VITA.

CAPUT I.

De Protagorae patria quanquam inter omnes constat veteres scriptores, unus tamen invenitur illorum locus, quo recentioribus aliquid motum est dubitationis. Atque Abderis quidem eum natum esse, Thraciae oppido illo posterioribus temporibus praeter meritum famoso, gravissimus auctor est Plato. In dialogo enim, cui Protagorae nomen inscriptum est, amico quaerenti, cuias sit hospes ille Alcibiade pulchrior, quem se vidisse Socrates indicaverat, Abderitam esse respondentem hunc facit. Vid. pag. 309. C: *ET. Οὐ γὰρ δήπου τινὶ καλλίονι ἐνέτυχες ἄλλῳ ἔν γε τῇδε τῇ πόλει. ΣΩ. Καὶ πολύ γε. ET. Τί φῄς; ἀστῷ ἢ ξένῳ; ΣΩ. Ξένῳ. ET. Ποδαπῷ; ΣΩ. Ἀβδηρίτῃ.* Id. Reipubl. lib. X. pag. 600. C: *Πρωταγόρας μὲν ἄρα ὁ Ἀβδηρίτης* et q. s. Etiam Heraclides Ponticus in libro *περὶ πολιτειῶν* sive *περὶ νόμων* scripto de Thurinorum sine dubio re publica agens Protagoram Abderitam Thurinis leges tulisse memoriae prodidit, cuius rei auctor Diogenes Laertius initio vitae Protagorae lib. IX. §. 55: *Πρωταγόρας Ἀρτέμωνος — Ἀβδηρίτης, καθά φησιν Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἐν τοῖς περὶ νόμων, ὃς καὶ Θουρίοις νόμους γράψαι φησὶν αὐτόν.* Conferantur praeter alios, quos postea commemorabo, Suidas s. v. *Πρωταγόρας· Ἀβδηρίτης, υἱὸς Ἀρτέμωνος ἢ καὶ Μαιανδρίου.* Philostratus vit. sophist. pag.

494. ed. K. L. Kayser. pag. 14: *Πρωταγόρας δὲ ὁ Ἀβδηρίτης* et q. seqq. Stephanus Byzant. s. v. *Ἄβδηρα* ed. Westerm. pag. 5: *Πλεῖστοι δ' Ἀβδηρῖται ὑπὸ τῶν πινακογράφων ἀναγράφονται· Νικαίνετος ἐποποιὸς καὶ Πρωταγόρας, —· οὗτος οὖν ὁ Πρωταγόρας καὶ Δημόκριτος Ἀβδηρῖται.* Cic. Brut. cap. VIII. §. 30: „Tum Leontinus Gorgias, Thrasymachus Chalcedonius, Protagoras Abderites, Prodicus Ceus, Hippias Eleus in honore magno fuit.“ Id. Nat. De. lib. I. cap. XXIII. §. 63: „Nam Abderites quidem Protagoras — sophistes temporibus illis vel maximus.“ Id. de Or. lib. III. cap. XXXII. §. 128: „De Protagora Abderita“ et q. s. Gell. Noct. Att. lib. V. cap. 3: „Is (Protagoras) Abdera in oppidum, cuius popularis fuit“ et q. seqq. Apul. Florid. lib. IV. num. 18: „Protagoras, qui sophista fuit longe multiscius — Democriti physici civis aequaevus.“ Ammian. Marc. lib. XXII. cap. 8: „Abdera visitur, Protagorae domicilium et Democriti.“

Quibus locis quanquam de Abderis Protagorae patria dubitare iam non licere satis puto apparet, sunt tamen fortasse qui mirentur, quod veteres scriptores consentire omnes affirmaverim, cum apud Diogenem Laertium lib. IX. §. 50. Eupolidis exhibeatur hic versus:

Ἔνδοθι μέν ἐστι Πρωταγόρας ὁ Τήϊος.

Quem respicientes nonnulli Protagoram Teium quoque dictum esse commemorant: ut idem Stephanus, qui s. v. *Ἄβδηρα* de Protagora Abderita disserit, pag. 276. s. v. *Τέως· Πόλις Ἰωνίας —, τὸ ἐθνικὸν Τήϊος — ἀφ' οὗ Πρωταγόρας Τήϊος* Suidas l. l.: *Πρωταγόρας Ἀβδηρίτης —· τινὲς δὲ καὶ Τήϊον αὐτὸν ἔγραψαν.* Quod repetitum est ab Eudocia ed. Villois. pag. 356. Anecdot. Graec. tom. I: *Πρωταγόρας Ἀβδηρίτης —· τινὲς δὲ καὶ Τήϊον αὐτὸν ἔγραψαν.* Satis quidem habuerunt recentiorum plerique, Eupolidis versum vel prorsus negligere vel errorem imputare comico: velut Wendtius, qui ad Tennemanni hist. philos. tom. I. pag. 495. hoc adiecit: „Die zweite Angabe des Diogenes, dass er aus Teos gewesen, hat das ganze Alterthum gegen sich.“ et Brandisius histor. philos. tom. I. pag. 523: „Protagoras aus Abdera“ et q. s., ad quod annotavit: „Nur der Komiker Eupolis hatte ihn Teier genannt.“

Sed num ita expediri possit haec difficultas magnopere dubito: nequaquam enim tam parvi facimus Eupolidis testimonium, quam fecit Geelius histor. crit. sophistarum pag. 73: „In eo (Protagoram Abderis natum esse) consentiunt omnia antiquitatis testimonia, excepto uno Eupoli, qui teste Diogene Laertio IX. 50. in Assentatoribus eum Teium vocaverat. At haud magnum huius auctoritatis pondus. Quid enim impedit, quominus Eupolis alium Protagoram significaverit, vel alia de causa erraverit?“ Nam sunt profecto quae impediant. Quanquam enim non nescio, etiam alios exstitisse viros Protagorae nomine vocatos, quos cap. III. recensui: Diogenes quidem diserte et perspicue eundem Protagoram, quem vulgo Abderitam affirment, ab Eupolide Teium appellatum esse tradit. Neque vero Protagorae, cuius nomen in omnium ore esset, patria poetae aequali ignota esse poterat, qui sophistam in fabula agentem induxit: et Athenienses spectantes, aequis animis ferre talia nequaquam soliti, in ipso theatro altis vocibus errorem istum notassent. Propius ad verum accessit Eduardus Geistius de Protagorae sophistae vita disquis. pag. 4. Cum enim Cyrus Ioniae urbibus bellum inferret, Teios ad evitandum periculum in Thraciam profectos Abdera condidisse (Herod. lib. I. cap. 168, Strab. lib. XIV. pag. 644.). Nihil igitur mirum videri, quod poeta Protagoram ea urbe oriundum dicat, unde Abderorum coloni profecti fuerint. Ionicam Protagorae originem etiam eo probari, quod, ut Democritus popularis, Ionica dialecto scripserit. Et fortasse ob id ipsum, quod pristinae patriae memor Ionica dialecto usus esset, Teium eum ab Eupolide esse appellatum. — Atque ex hac quidem quae Abderitis erat cum Teiis necessitudine explicandum esse apparet versum Eupolidis; quam vero causam sumsit Geistius ex sermone Ionico, qui in Protagorae scriptis obtinet, non possum quin valde mirer. Teios enim Ionica, Abderitas vero illorum colonos alia quadam usos esse dialecto putare videtur, cum Protagoram, Abderitarum praeterita, Teiorum lingua Ionica libros suos confecisse dicat. Sed Abderitarum omnium sermo vix erat alius atque Teiorum: nam coloni pristinae patriae linguam servabant. Ut praeterirent igitur Abderitarum dialectum

Ionice scribentes tantum aberant, ut praeteriissent, si non Ionica essent usi. Ceterum quum ita utriusque cognominis optio data esset, ut Abderitarum etiam alii a veteribus Teii dicerentur, velut Hecataeus apud Strabonem loco modo indicato (conf. Car. Frid. Hermanni Abder. histor. Ephemerid. scholast. 1830. part. II. pag. 509. annot. 26.): qui certam investigant causam aliquam, cur Eupolis quoque hoc ipso loco ita fecerit, ii vereor ne nodos in scirpo quaerant. Quodsi poetae verba plura essent servata, ut sententiarum connexus perspiceretur, in ipsarum indole positam esse illam fortasse appareret.

Unus denique restat locus, quo Protagoras Eleus in atheis nominatur, Galen. de philos. hist. cap. VIII: *Τοὺς μὲν τῶν προτέρων φιλοσοφησάντων εὑρήκαμεν θεοὺς ἠγνοηκότας, ὡς Πρωταγόραν τὸν Ἠλεῖον καὶ Θεόδωρον τὸν Κυρηναῖον καὶ Εὐήμερον τὸν Τεγεάτην. οὐ γὰρ εἶναι θεοὺς εἰπεῖν τετολμήκασιν.* Quae verba, cum Protagoras quidam Eleus aliunde prorsus sit ignotus, neque ullus omnino, quem sciam, Eleus tali de dis sententia proposita adeo inclaruerit, ut ipse cum Theodoro et Euemero prae ceteris memorari posset atheis, quin mendosa sint non dubito. Abderitae vero Protagorae aptissime hoc loco mentionem fieri lib. IV. cap. III. plane apparebit. Sed aegre hic desideramus eorum, qui deos esse negabant, omnium illum famosissimum, Diagoram Melium. Quare apud Galenum pro *Πρωταγόραν τὸν Ἠλεῖον* scribendum esse puto *Πρωταγόραν τὸν Ἀβδηρίτην καὶ Διαγόραν τὸν Μήλιον.*

Omnibus igitur scriptorum testimoniis, quibus Protagorae patria indicatur, inter se conciliatis, reliqua, quibus Abderis illum ortum esse confirmatur, ad unum omnia afferre supersedere possumus. Adeo enim erat hoc in vulgus notum, ut perraro sophista commemoraretur hoc omisso cognomine ethnico. Vide praeter locos supra laudatos Sext. Emp. adv. Math. lib. IX. §. 55, Diog. Laert. lib. IX. §. 42, Suid. s. v. *Πρόδικος*, Clem. Alex. Strom. lib. I. pag. 301. D, Themist. Or. XIII. pag. 161. (198. Dind.) et Or. XXIII. pag. 289. (350. D.), Epist. Socr. XVII, Schol. ad Plat. Reipubl. I. I., Quintil.

Inst. lib. III. cap. I. §. 10, Minuc. Fel. Octav. cap. VIII, Theophilus ad Autol. lib. III. cap. 7, Epiphan. adv. Haer. lib. III. tom. II. pag. 1088. B.

CAPUT II.

Difficilior est ad diiudicandum ea inter scriptores discrepantia, quae est de Protagorae patre. Alii enim Maeandrium vel Maeandrum vel Menandrum, alii Artemonem nominant. Vid. Diog. Laert. lib. IX. §. 50: *Πρωταγόρας Ἀρτέμωνος ἤ, ὡς Ἀπολλόδωρος καὶ Δίνων ἐν Περσικοῖς, Μαιανδρίου.* Philostr. l. l.: *Πατὴρ γὰρ ἦν αὐτῷ Μαίανδρος.* Suidas l. l.: *Πρωταγόρας Ἀβδηρίτης υἱὸς Ἀρτέμωνος ἢ καὶ Μαιανδρίου.* Eudocia ed. Villois. pag. 356: *Πρωταγόρας Ἀβδηρίτης υἱὸς Ἀρτέμωνος ἢ καὶ Μαιανδρίου,* repetens, ut assolet, Suidae verba. Schol. ad Plat. Reip. l. l.: *Πρωταγόρας Ἀρτέμωνος Ἀβδηρίτης.* Epiphan. adv. Haer. lib. III. tom. II. pag. 1088: *Πρωταγόρας ὁ τοῦ Μενάνδρου Ἀβδηρίτης.* — Artemonis vulgo verum nomen putant, ut Welckerus Mus. Rhen. 1835. pag. 425, Lud. Ferd. Herbstius libelli cui inscripsit Des Protagoras Leben und Sophistik aus den Quellen zusammengestellt exhibiti in: Philologisch-historische Studien auf d. akad. Gymnas. in Hamburg, herausg. v. Chr. Petersen. I. Heft. pag. 104, Bernhardyus ad Suidae l. l. In scriptoribus quidem quos attuli multo gravior est quam Diogenis et scholiastae auctoritas eorum, qui Maeandrii filium dicunt, Apollodori et Dinonis, quibus accedunt Philostratus et Epiphanius: nam quod ille Maeandrum, hic Menandrum vocat pro Maeandrio, nullius momenti est. Suidas vero et Eudocia ad litem dirimendam nihil conferunt. Quare, nisi alia accederet causa, non possem ego vulgarem sententiam non falsam habere. Sed quum Artemonis nomen inter Abderitas usitatum fuisse ex ipsorum numis appareat (vid. Mionneti descript. de médailles ant. tom. I. pag. 364. num. 4.), meus quoque animus ut Artemonem Protagorae Abderitae patrem fuisse credam inclinat.

Philostrato si fidem habere liceret, Protagoras nobili

loco natus ditissimo patre usus esset. A Maeandro enim tradit ille pag. 494. (p. 14. Kays.) Xerxem hospitio exceptum esse: *Ὡμίλησε δὲ καὶ τοῖς ἐκ Περσῶν μάγοις κατὰ τὴν Ξέρξου ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ἔλασιν. πατὴρ γὰρ ἦν αὐτῷ Μαίανδρος πλούτῳ κατεσκευασμένος παρὰ πολλοὺς τῶν ἐν τῇ Θρᾴκῃ, δεξάμενος δὲ καὶ Ξέρξην οἰκίᾳ τε καὶ δώροις τὴν ξυνουσίαν τῶν μάγων τῷ παιδὶ παρ' αὐτοῦ εὕρετο.* Sed haud ita gravem hac in re Flavii esse auctoritatem iam apparebit. Ceteri enim omnes eiusdem honoris Democriti patrem aiunt participem factum esse; Protagoram vero ex humili et obscuro loco ortum duxisse, ut primum sarcinas et ligna portando quaestum facere coactus fuerit. Vid. Diog. Laert. lib. IX. §. 34: *Οὗτος (Δημόκριτος) μάγων τινῶν διήκουσε καὶ Χαλδαίων Ξέρξου τοῦ βασιλέως ἐπιστάτας τῷ πατρὶ αὐτοῦ καταλιπόντος, ἡνίκα ἐξενίσθη παρ' αὐτοῦ, καθά φησι καὶ Ἡρόδοτος, παρ' ὧν τά τε περὶ θεολογίας καὶ ἀστρολογίας ἔμαθεν ἔτι παῖς ὤν.* Democriti divitias paternas Valerius Maximus lib. VIII. cap. VII. ext. §. 4. adeo in maius auget, ut iam fidem prorsus excedat: „At Democritus, quum divitiis censeri posset, quae tantae fuerunt, ut pater eius Xerxis exercitui epulum dare ex facili potuerit, quo magis vacuo animo studiis litterarum esset operatus, parva admodum summa retenta patrimonium suum patriae donavit.“ De Protagora autem apud Diogenem Laertium haec leguntur lib. IX. §. 53: *Καὶ πρῶτος τὴν καλουμένην τύλην, ἐφ' ἧς τὰ φορτία βαστάζουσιν, εὗρεν, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ παιδείας· φορμοφόρος γὰρ ἦν, ὡς καὶ Ἐπίκουρός πού φησι. καὶ τοῦτον τὸν τρόπον ἤρθη πρὸς Δημοκρίτου ξύλα δεδεκὼς ὀφθείς.* Et lib. X. §. 8. fuisse ait, qui *φορμοφόρον Πρωταγόραν καὶ γραφέα Δημοκρίτου καὶ ἐν κώμαις γράμματα διδάσκειν* ab Epicuro dictum esse mentirentur. Idem a Suida plus semel tangitur: primum s. v. *Πρωταγόρας· Οὗτος πρότερον ἦν φορτοβαστάκτης· ἐντυχὼν δὲ Δημοκρίτῳ ἠράσθη λόγων.* Tum s. v. *κοτύλη· — Καὶ ἐφ' ἧς τὰ φορτία βαστάζουσιν, ἣν πρῶτος ἐφεῦρε Πρωταγόρας· φορμοφόρος γὰρ ἦν.* Denique s. v. *φορμοφόρος· Φορμοφόρος ἦν Πρωταγόρας ὁ φιλόσοφος.* Vide etiam schol. ad Plat. Reipubl. I. 1.: *Οὗτος φορτοβαστά-*

κτης ἦν, ἐντυχὼν δὲ Δημοκρίτῳ ἐφιλοσόφησεν. — et Athen. lib. VIII. cap. 13. pag. 354. C: *Ἐν δὲ τῇ αὐτῇ ἐπιστολῇ ὁ Ἐπίκουρος καὶ Πρωταγόραν φησὶ τὸν σοφιστὴν ἐκ φορμοφόρου καὶ ξυλοφόρου πρῶτον μὲν γενέσθαι γραφέα Δημοκρίτου· θαυμασθέντα δ' ὑπ' ἐκείνου ἐπὶ ξύλων τινῶν ἰδίᾳ συνθέσει ἀπὸ ταύτης τῆς ἀρχῆς ἀναληφθῆναι ὑπ' αὐτοῦ καὶ διδάσκειν ἐν κώμῃ τινὶ γράμματα· ἀφ' ὧν ἐπὶ τὸ σοφιστεύειν ὁρμῆσαι.* Quomodo *ξύλα δεδεκὼς ὀφθείς* philosophus factus sit ex baiulo, Aulum Gellium Noct. Att. lib. V. cap. 3. lepide narrantem audiamus: „Protagoram, virum in studiis doctrinarum egregium, cuius nomen Plato libro suo illi incluto inscripsit, adolescentem aiunt victus quaerendi gratia in mercedem missum vecturasque onerum corpore suo factitasse, quod genus Graeci *ἀχθοφόρους* vocant, latine baiulos appellamus. Is de proximo rure Abdera in oppidum, cuius popularis fuit, caudices ligni plurimos funiculo brevi circumdatos portabat. Tum forte Democritus, civitatis eiusdem civis, homo ante alios virtutis et philosophiae gratia venerandus, cum egrederetur extra urbem, videt eum cum illo genere oneris tam impedito ac tam incohibili facile atque expedite incedentem, et prope accedit, et iuncturam posituramque ligni scite periteque factam considerat, petitque ut paullum adquiescat. Quod ubi Protagoras, uti erat petitum, fecit atque itidem Democritus acervum illum et quasi orbem caudicum brevi vinculo comprehensum ratione quadam quasi geometrica librari continerique advertit, interrogavit, quis id lignum ita composuisset: et cum ille a se compositum dixisset, desideravit uti solveret ac denuo in modum eundem collocaret. At postquam ille solvit ac similiter composuit, tum Democritus animi aciem sollertiamque hominis non docti demiratus *Mi adolescens*, inquit, *quum ingenium bene faciendi habeas, sunt maiora melioraque, quae facere mecum possis;* abduxitque eum statim secumque habuit et sumtum ministravit et philosophias docuit, et esse eum fecit quantus postea fuit.“ — Quibus ex locis id quidem manifesto apparet, Protagoram ignobili et obscuro loco, Democritum vero amplissimo atque honestissimo genere ortum habitos esse ab scriptorum quos

attuli aequalibus, eamque opinionem pervulgatam tunc lateque diffusam fuisse. Quare plerique recentiorum a Philostrato Protagoram cum Democrito permutatum esse statuerunt, ut Bruckerus histor. crit. philos. tom. I. p. 1202, Harlesius ad Fabricii biblioth. gr. tom. II. pag. 669, Geelius pag. 70, Geistius pag. 11, C. Fr. Hermannus lib. I. pag. 510. annot. 30. Neque dubitari potest, quin rumor ille de Democriti cum magis consuetudine patrisque cum Persarum rege amicitia in vulgus tunc temporis notus animo obversatus sit Philostrati Protagorae vitam scribentis, et memoria is lapsus de hoc scripserit, quod ceteri de illo. Sed num vera sit communis ista scriptorum de Democrito narratio necne, alia est quaestio. Et pridem enim fuerunt, qui meram dicerent fabulam, et sunt etiam nunc. Tiedemannus, cui iam Hambergerus (Zuverlässige Nachrichten, tom. I. pag. 190. et q. seqq.) viam praeiverat, libri Geist der speculativen Philosophie inscripti tom. I. pag. 263. „Um die 72. Olympiade“, inquit, „ward Demokrit geboren in dem wegen Albernheit und Dummheit seiner Bewohner nachher so berüchtigten Abdera. Frühere Zeiten wissen von diesem Nationalfehler nichts: Herodot, ohne nur entfernt darauf anzuspielen, hat den witzigen Einfall eines Abderiten bei Gelegenheit des persischen Durchzuges der Aufbewahrung nicht unwerth gefunden. Noch mehr: das durch den Krieg mit Cyrus entvölkerte Abdera war mit neuen Einwohnern aus Teos, Anakreons Geburtsorte, wieder besetzt worden, wodurch in diese abgelegene Gegend zweifelsohne Streben nach höheren Kenntnissen gebracht wurde. Daher ist nicht Noth, mit jüngeren Schriftstellern zu Chaldäern und Magiern seine Zuflucht zu nehmen, um in Demokrit Wissbegierde höherer Art entzünden zu lassen.“ Quocum praeter alios consentit Mullachius, qui Democriti fragmentorum editionis pag. 29. de hac re ita iudicat: „At largiamur Bruckero, falso hoc de Protagora narrari, quanquam negamus confundi hic, ut ille vult, Democritum et Protagoram, quoniam quidquid hoc rei est ad fabulas pertinere nobis persuasimus.“ Ego ut eiusdem sententiae a Mullachio pag. 38. et q. seqq. adeo confirmatae, ut nullus iam locus sit dubitationi, socium me

profitear, hac potissimum re adducor, quod Democritus anno demum ante Christum 460. sive vicesimo postquam Xerxes Abderis fuit primam aspexit lucem. Nam quicunque derogandae Laertio fidei causam invenerunt nullam, Bruckerus, Geelius, Geistius, Herbstius, Hermannus *), ceteri, Democriti aetatem diligenter eruere neglexerunt, de qua conferas cap. IV. §. 2. II. — Ceterum eadem ratione non magis Protagoram magorum praeceptis imbui potuisse infra demonstrabitur, quippe qui tunc aut nondum fuerit natus aut infans vix uno expleto anno. Iam igitur divitiis Protagoram abundasse paternis nemo credat Philostrato.

Immo baiulum fuisse dicunt, humillimae conditionis hominem. — Sed narratio ista, qualem Gellius ceterique exhibent, tam certis fabellae commenticiae notis signata est, ut iam dudum ab aliis in dubitationem vocata, ab aliis veritas eius prorsus negata sit. Primus, quem scio, Meinersius scientiarum historiae tom II. pag. 174. Democriti discipulum Protagoram non fuisse inde demonstrare conatus est, quod hic illo multo fuisset maior. Quem Tiedemannus secutus est lib. laud. pag. 350. Eorum in sententiam ierunt propter temporum rationes Tennemannus histor. phil. ed. Wendt. tom. I. pag. 495, et ob similitudinem, quam Protagorae inter et Heracliti placita intercedere intellexit, Wendtius ad Tennemanni l. l. Astipulatur iis Mullachius pag. 29. et 30. argumentis ex Protagorae aetate sumtis, sed quibus multo certiora afferri possunt. Protagoras enim cum circa annum 411. septuagenarius

*) Vid. loc. sup. pag. ind.: „Die Ehre, des Königs Wirth gewesen zu sein und dafür den Unterricht der ihn begleitenden Magier für seinen Sohn empfangen zu haben, ist zwischen Demokrits und Protagoras Vater streitig. — — Für erstern entscheiden sich Brucker (histor. crit. philos tom. I. p. 1202.) und Geel (Nova Acta litt. soc. Rheno-Traiect. T. II. p. 70.). Bayle (Diction. s. v. Démocrite p. 263. not A) will es auch nicht einmal für diesen gelten lassen; doch steht wenigstens weder sein Alter (geb 494), noch was wir von seinem Vermögen wissen, im Wege, während Protagoras damals erst Ein Jahr alt sein konnte, und der überwiegenden Mehrheit der Zeugnisse zufolge in seiner Jugend ein armer Lastträger war" — Hermanni de Democriti aetate sententia, quem Diodorum Siculum secutus anno 494. natum putat, infra examinabitur. Quod de Baylio profert, falsum est. Is enim non Laertii fidem tentat, sed Valerii Maximi nugas, qui Democriti patrem immenso Xerxis exercitui epulum dedisse memoriae tradit.

mortuus sit, postquam artem sophisticam exercuit per plus quadraginta annos: ad litteras et philosophiam aggressus est, cum Democritus puer vixdum decimum aetatis annum attigisset: quae omnia quarto huius libri capite exponentur. Et mirum sane videatur necesse est, hominem, qui bene et expedite ligna portare possit, ob id ipsum bonum et expeditum philosophum putare futurum. In placitis autem sophistae nihil inesse, quod ad Democritum necessario sit referendum, commentationis nostrae libro secundo planum fiet.

Quare Protagoram Democriti discipulum fuisse contra Geelium (pag. 69. et q. seqq.), Geistium (pag. 14.), Herbstium (pag. 104. et q. seq.) confidenter negare non dubito. Nihil enim me morantur reliqui scriptorum loci, quibus fabellae isti fides habetur: Diog. Laert. lib. IX. §. 50: *Διήκουσε δὲ ὁ Πρωταγόρας Δημοκρίτου.* Clem. Alex. Strom. lib. I. pag. 301. D: *Δημοκρίτου δὲ ἀκουσταὶ Πρωταγόρας ὁ Ἀβδηρίτης* et q. seqq. Philostr. loco supra citato: *Πρωταγόρας δὲ ὁ Ἀβδηρίτης σοφιστὴς μὲν καὶ Δημοκρίτου ἀκροατὴς οἴκοι ἐγένετο.* Euseb. Praep. Evang. lib. XIV. cap. 17. Utrum Aeliani Var. Hist. lib. I. cap. 23. huc conferendum esset necne dubitarunt viri docti: *Ἐν τοῖς Ἕλλησι τοῖς πάλαι μακρὰ τῇ δόξῃ διέπρεπε Γοργίας ὁ Λεοντῖνος Φιλολάου καὶ Πρωταγόρας Δημοκρίτου· τῇ δὲ σοφίᾳ τοσοῦτον ἐλείποντο ὅσον ἀνδρῶν παῖδες. ἔοικε γάρ πως ἡ δόξα μὴ πάνυ τι ἀκριβὲς μήτε ὁρᾶν μήτε ἀκούειν· ἔνθεν τοι καὶ πολλὰ σφάλλεται, καὶ τὰ μὲν καταχαρίζεται, τὰ δὲ ψεύδεται.* Vulteii error, qui ex hoc loco Gorgiae patrem Philolaum et Protagorae Democritum fuisse collegit, quanquam eo se decipi passi sunt etiam alii, tam ineptus est, ut quem de Protagorae patre disserens memorarem dignum non haberem. Sed fuerunt, qui Protagoram et Gorgiam discipulos opponi magistris crederent Democrito et Philolao. Quae oppositio bona sane ac commoda esset, dummodo eadem vera. Philolaum enim non fuisse in Gorgiae auditoribus constat *): de Protagora et Democrito dictum est.

*) Vid. Boeckhius libri de Philolai placitis conscripti p. 11: „Nichtswürdige Angaben über Philolaos (und Lysis) sind noch diese: Philolaos sei der Lehrer des Gorgias gewesen; wie man aus den, al-

Neque opus est hac explicatione: etiamsi enim Philolaus ac Democritus alterorum nec patres erant nec magistri, suam habet Aeliani locus sententiam omni ex parte plenam: ex fama homines existimari non posse. Quod ut probet ille, duobus exemplis utitur virorum, quorum alteri alteris ingenio et sapientia superiores, fama inferiores fuerint; neque illi magistri, hi discipuli putentur est necesse. Ceterum nihilominus si quis Protagoram Democriti et Gorgiam Philolai discipulos ab Aeliano dictos esse contendat, equidem haud ita aegre feram: sed utrumque quin falsum sit non est dubitandum.

Est unus ex locis supra allatis, quem qui cum Geelio et Geistio Herbstioque sentiunt in testimonium vocare solent. Equidem ego eodem rem totam fictam esse tam manifesto apparere puto, ut etiam primus fabellae fons perspici queat. Diogenes Laertius enim lib. X. §. 8. id agens, ut Epicurum a multis inimicorum calumniis defendat, „Alii", ait, „voluptatibus veneriis deditum hominemque sordidissimum, alii heluonem atque adulatorem dicunt, alii denique contumeliae causa multis philosophis ignominiosa eum dedisse cognomina. *Πλεύμονα τε αὐτόν* (*Ναυσιφάνην*), inquiunt illi, *ἐκάλει καὶ ἀγράμματον καὶ ἀπατεῶνα καὶ πόρνον· τούς τε περὶ Πλάτωνα Διονυσοκόλακας καὶ αὐτὸν Πλάτωνα χρυσοῦν· καὶ Ἀριστοτέλην ἄσωτον, καταφαγόντα τὴν πατρῴαν οὐσίαν στρατεύεσθαι καὶ φαρμακοπωλεῖν· φορμοφόρον τε Πρωταγόραν καὶ γραφέα Δημοκρίτου καὶ ἐν κώμαις γράμματα διδάσκειν· Ἡράκλειτόν τε κυκητὴν· καὶ Δημόκριτον Ληρόκριτον· καὶ Ἀντίδωρον Σαινίδωρον· τούς τε κυνικοὺς ἐχθροὺς τῆς Ἑλλάδος· καὶ τοὺς διαλεκτικοὺς πολυφθονερούς· Πύρρωνα δὲ ἀμαθῆ καὶ ἀπαίδευτον.* Sed insaniebant, qui talibus criminationibus Epicurum affecerunt: summa enim benevolentia omnes homines amplectebatur neque ullius voluptatis modum excedebat." In iniquissimis ergo cognominibus, quae Epicurus aliis indidisset,

lerdings auffallenden, aber nichts beweisenden Worten des Aelian V. H. I. 23 geschlossen hat, dass Gorgias mehr Ruhm gehabt habe als Philolaos und Protagoras mehr als Demokrit, obschon die ersteren gegen die letzteren Knaben an Weisheit gewesen wären." Quocum consentit Fossius de Gorgia Leontino comment. pag. 12.

Protagoram baiulum ab illo dictum esse circumferebant. Sed quid hoc mali vel iniqui, baiulum dicere qui baiulus est? Pulmonem, deceptorem et scortum appellabat Nausiphanem, Aristotelem prodigum, pharmacopolam, Democritum nugis cognitum, Cynicos Graecorum inimicos, qui dialecticam exercebant nimium invidos, id genus alia: — hominem sane impudentem! Protagoram vero, qui baiulus fuerat et scriba et ludi magister, baiulum fuisse et scribam et ludi magistrum. Quid tum? Immo qui nunquam ligna portaverat baiulum nominans sugillare voluisse dicitur. — Sed cur baiulum? — Aristoteles in libro *περὶ παιδείας* scripto culcitellam quandam (*τύλην* sive *κοτύλην*) a Protagora inventam esse tradit, qua utentes minus premerentur quibus onera essent portanda. Protagoram vero ipsum culcitella ista victum sibi parasse neque Aristoteles neque Plato ullo cavillantur verbo. Sed Epicurus hoc Aristotelis dictum, cuius primus auctor fortasse comicus aliquis, amplexus est, quo uteretur ad Protagoram de baiulis bene meritum baiulum ipsum dicendum. Ex Epicuri igitur maledicto vel si mavis insectantis aculeo, aut, si iure a Diogene defenditur (quanquam ab ipso quoque Diogene lib. IX. §. 53. haec narratio ex Epicuri scripto aliquo repetitur), ex Epicuri inimicorum calumniis fabella ortum duxit, qualis a Gellio ceterisque recentiorum scriptorum quos memoravi exornata est.

De Artemonis igitur vitae conditione nihil compertum habemus, neque de reliquis Protagorae cognatis.

CAPUT III.

Quod Protagoras ab aliis Artemonis, ab aliis Maeandrii filius dicitur, ex diversorum virorum, quibus Protagorae nomen erat, patribus in unum collatis ortum videtur. Praeter Abderitam enim qui a veteribus commemorantur Protagorae, quattuor sunt hice:

I. *Protagoras stoicus,* de quo praeter nomen a Diog. Laert. lib. IX. §. 56. indicatum nihil quod sciam memoriae proditum est.

II. *Protagoras Cyzicenus,* cui Nicander Colophonius *Ἀλεξιφάρμακα* sua inscripsit: vid. Alexiph. v. 3. et quae annotavit scholiasta. Vixit igitur secundo ante Christum saeculo. Idem putatur Protagorides, cuius ex scriptis ab Athenaeo commemorantur *κωμικαὶ ἱστορίαι* lib. IV. pag. 124. C, *ἀκροάσεις ἐρωτικαί* lib. IV. pag. 162. C, *περὶ Δαφνικῶν ἀγώνων* sive *περὶ τῶν ἐπὶ Δάφνῃ πανηγύρεων* lib. IV. pag. 150. C, 176. A, 183. F. Conf. Schneiderum ad Alexiph. v. 3, Meinekium fragm. com. graec. vol. I. pag. 12. Ei Maeandrius pater tribuitur a Bernhardyo ad Suid. l. l.

III. *Protagorae geographi γεωμετρία τῆς οἰκουμένης* a Photio memoratur bibl. cod. 188. Eundem librum Marcianus Heracleota pag. 37. *γεωγραφίαν* dicit: vid. Geograph. vet. script. graec. min. ed. Hudson. Oxon. 1698. tom. I. Conf. eiusdem pag. 35. et 55, Tzetz. Chil. VII. v. 647.

IV. *Protagoras astrologus,* in quem ab Euphorione epicedium esse scriptum ait Diog. Laert. lib. IX. §. 56.

Eorum igitur unius patrem fuisse Artemonem haud inepte coniicias. Nam Protagoras Euagorae filius, Salaminis Cypriorum regulus, de quo dixerunt Simso chron. cathol. a. m. 3654. et Menagius ad Diog. Laert. lib. IX. §. 56, ex veterum scriptis iam evanuit. Protagorae enim nominis loco apud Diodorum Siculum lib. XVI. cap. XLVI. §. 1, 2. et 3. Dindorfius, et Isocratis Euagor. pag. 201. Bekkerus Pnytagoram restituerunt. De Protagora Eleo cap. I. dictum est. Probalisius vero Protagoras in Papii lexicon (s. v. *Πρωταγόρας*· „Ein Athener, *Προβαλίσιος*, inscr. 148.") subditicius irrepsit. Inscriptionis enim ab illo indicatae versibus 7. 9. et 21. *ΠΡΟΤΑΡΧΟΙ ΠΡΟΒΑΛΙΣΙΟΙ* (*Πρωτάρχῳ Προβαλισίῳ*) legitur: Protagoras memoratur nullus.

CAPUT IV.

De Protagorae temporibus mirum est quanta inter viros doctos sit dissensio, rationibusque quam diversis diversas fulserint sententias. Cuius dissensionis haec fuit causa, quod veterum scriptorum loci, qui ad Protagorae aetatem perti-

nent, valde inter se discrepant. Quare nos ne aliorum falsis sententiis in errores inducamur, omnia primum eorum qui de hac re egerunt dicta recenseamus et illustremus, ut, refutatis quae certa auctoritate carent, antiquissimis et fide dignis testimoniis veri iudicii fundamenta iacere possimus. Cum vero veterum loci maximam partem ad mortis tempus pertineant, primum de singulis annis, quibus unus quisque virorum doctorum Protagoram mortuum esse dixit, exponi oportet. Ipso autem definito obitus anno reliqua ad illum facile possunt referri.

§. 1.

Anno 410. Protagoram mortuum esse primus, quem scio, auctor exstitit Freretus, qui Annalium Academiae regiae inscriptionum tomo quadragesimo septimo quaestionem „sur l'âge de Protagore et la date de sa condamnation" edidit. Locum integrum ascribere operae pretium duxi omissis quae minus faciunt ad demonstrationis tenorem penitus perspiciendum. Postquam Menonis locum attulit, quo plus quadraginta annos sophisticam artem exercuisse Protagoram atque septuagenarium fere mortuum esse Plato narrat pag. 91. B, his verbis pergit pag. 277:

„Protagore avait été disciple de Démocrite; c'est un point sur lequel tous les anciens sont d'accord: donc il était plus jeune que lui. Il fallait même qu'il le fût beaucoup plus, puisque Démocrite avait employé la première partie de sa vie à ses voyages dans l'Orient, et qu'il ne revint à Abdère sa patrie que dans un âge un peu avancé *). Diodore de Sicile rapporte sa mort à la première année de la quatrevingt-quatorzième olympiade; Eusèbe la place trois ans plus tard: elle est donc de l'an 404 ou de l'an 401, antérieure de peu

*) „Les longs voyages de Démocrite sont certains; mais il y a beaucoup d'apparence, d'après un fragment d'un de ses ouvrages rapporté par Clément d'Alexandrie Stromat I. et par Eusèbe Praep. ev. X. 2., que les quatrevingts ans qu'il a passé hors de sa patrie sont une ancienne faute de copiste, et qu'il faut dire *huit* ans au lieu de *huitante*; car, outre que cela ne se peut ajuster avec aucune chronologie, il est visible dans le passage même de Démocrite, qu'il s'agit du temps, qu'il a passé en Egypte avec les Arpédonaptes ou savans du pays."

d'années à celle de Socrate. On n'est pas d'accord sur la durée de la vie de Démocrite: Hipparque lui donnait cent-neuf ans; Lucien et Phlégon n'en comptent que cent quatre, et Diodore de Sicile que quatre-vingt-dix. Démocrite mourut au temps des Thesmophories, selon Hermippus, c'est à dire à la fin de l'automne de l'année 404 ou de l'année 401. (Les Thesmophories se célébraient au mois de pyanepsion, le cinquième après la lune de solstice: vid. Meurs. Graec. feriat. in h. v.) Ainsi il est né l'an 509, l'an 504, ou l'an 490 avant l'ère chrétienne. — Tout ce que l'on peut dire sur l'époque de la naissance de Démocrite c'est qu'il avait au plus vingt-cinq ou trente ans en 480, lors du passage de Xerxès, puisqu'il était en état de s'entretenir avec le mages, qui suivaient ce prince, et de recevoir leurs instructions. Si l'on ajoute les huit ans, que Démocrite passa dans ses voyages, on aura pour l'année de son retour l'an 472 avant l'ère chrétienne.“ — Deinde inserens, quo pacto in Democriti discipulos receptus dicatur Protagoras a Diogene lib. IX. §. 55. [immo 53.], Athenaeo lib. VIII. cap. 13, Gellio lib. V. cap. 13. [immo 3.], huic narrationi magnam esse fidem negat. Tum ita argumentando exsequitur: „Quoiqu'il en soit de l'origine de Protagore, supposons, que Démocrite, né au plus tard en 494, eut trente-cinq à quarante ans lorsqu'il s'attacha à cultiver les talens naturels du jeune Protagore, et donnons neuf ou dix ans à cette éducation: elle aura commencé vers l'an 460, et aura duré jusqu'en 470 (quem apparet esse typographi errorem pro 450). Protagore est mort âgé de près de soixante-dix ans, après avoir exercé pendant plus de quarante ans avec gloire le métier de sophiste: donc sa mort sera au plutôt de l'an 410. — Je n'entre point dans le détail des discussions chronologiques de l'époque de Démocrite; ces discussions rempliraient elles seules un long mémoire, dont le résultat serait peut-être, que cette époque est un problème, dont la solution exacte est impossible; et d'ailleurs nous avons une autre voie beaucoup plus sûre pour déterminer la date de la mort de Protagore.“

Democriti aetatem quod attinet, Freretus, diligentius de

ea quaerere sese noluisse addens quum accurate definiri vix possit, ea ex parte cavit ne impugnaretur. Quo apparet, hanc demonstrationis partem, qnippe quae Democriti aetate tota sit nixa, ab ipso aestimari haud ita magni. Quare neque ego nunc multus esse volo in veterum de Democriti temporibus testimoniis congerendis atque examinandis, quum et paragrapho secunda de Iacobi Geelii rationibus disserens hoc facturus sim, et quam nihili sint Fereti argumenta vel ex ipsius verbis facili opera possit ostendi.

Iam ab initio de tempore, quo Democritus primam lucem aspexerit, minus accurate disputat. Nunquam potuisse Protagoram Democriti esse discipulum fabellasque a Gellio ceterisque proferri vanissimas, capite secundo expositum est. Tum, „Si Diodorum Siculum sequimur", ait, „anno 404. mortuus est, et secundum Hermippum quidem sub finem auctumni; si Eusebium, 401. Annos ei tribuit Hipparchus centum et novem, Lucianus et Phlegon centum et quattuor, Diodorus tantum nonaginta. Ergo natus est anno aut 509. aut 504. aut 490." Quod negligenter est supputatum. Nam si secundum Diodorum anno 404. mortuum facimus, natus est aut 513. aut 508. aut 494; si secundum Eusebium 401, aut 510. aut 505. aut 491. Quod deinde unum constare dicit anno 480. summum viginti quinque vel triginta annos eum natum fuisse, id ex Frereti quidem argumento non intelligitur: nam provectus quoque aetate vir potuit „s'entretenir avec les mages et recevoir leurs instructions." Immo si vere tradunt Diodorus mortis annum 404. et Hipparchus vitae spatium centum et novem annorum, — quorum neutrum neque negat Freretus, neque ego nunc affirmo —: Democritus, anno 513. natus, cum Xerxes Graecis bellum inferret tricesimum tertium egit annum. Et cum Diog. Laert. lib. IX. §. 34: *Οὗτος μάγων τινῶν διήκουσε — παρ' ὧν τά τε περὶ θεολογίας καὶ ἀστρολογίας ἔμαθεν* ἔτι παῖς ὤν dicat, hoc fere modo Freretum locutum esse exspectes: „Tout ce que l'on peut dire de l'époque de la naissance de Démocrite c'est qu'il avait *au moins quatorze ou quinze* ans en 480." Tum bene apteque addidisset: „puisqu'il était en état de s'entretenir avec les

mages et de recevoir leurs instructions", et haberent quo fulcirentur verba: „supposons que Démocrite, *né au plus tard en* 494 —." Deinde octo deducens de anno 480. Democriti reditus in patriam tempus efficere sibi videtur, quod non una de causa satis mirum. Anno 480. Democriti pater Xerxem hospitem mensa recepisse dicitur, magique ut Abderis relinquerentur praemii loco ab illo impetrasse Democritum erudituri. Tantum scriptores nonnulli nobis tradiderunt. Sed plus Frereto innotuit: Democritum per paucos tantum menses magorum institutione usum eodem anno 480. iam peregrinas adiisse terras. Quod unde habeat ille, nemo erit qui sciat. Ceterum ad nugas hanc quoque pertinere historiam supra a nobis demonstratum est. Neque satis caute *octo* annos deduxit. Clementis enim locus, quem *ὀγδώκοντα* in *ὀκτώ* mutato emendatum putat, hic est (Stromat. lib. I. pag. 303. D Sylburg.): *Δημόκριτος γὰρ τοὺς Βαβυλωνίους λόγους ἠθικοὺς* [?] *πεποίηται· λέγεται γὰρ τὴν Ἀκικάρου στήλην ἑρμηνευθεῖσαν τοῖς ἰδίοις συντάξαι συγγράμμασι. κἄστιν ἐπισημήνασθαι παρ' αὐτοῦ. τάδε λέγει Δημόκριτος γράφων καὶ μὴν καὶ περὶ αὐτοῦ, ἤ σεμνυνόμενός φησί που ἐπὶ τῇ πολυμαθίᾳ· „Ἐγὼ δὲ τῶν κατ' ἐμωυτὸν ἀνθρώπων γῆν πλείστην ἐπεπλανησάμην ἱστορέων τὰ μήκιστα, καὶ ἀέρας τε καὶ γέας πλείστας εἶδον, καὶ λογίων ἀνθρώπων πλείστων ἐσήκουσα, καὶ γραμμέων συνθέσιος μετὰ ἀποδέξιος οὐδείς κώ με παρήλλαξεν, οὐδὲ οἱ Αἰγυπτίων καλεόμενοι Ἀρπεδονάπται· σὺν τοῖς δ' ἐπὶ πᾶσιν ἐπ' ἔτε' ὀγδώκοντα ἐπὶ ξείνης ἐγενήθην." ἐπῆλθε γὰρ Βαβυλῶνά τε καὶ Περσίδα καὶ Αἴγυπτον τοῖς τε μάγοις καὶ τοῖς ἱερεῦσι μαθητεύων.* Quod ita repetitur ab Eusebio Praep. Evang. lib. X. cap. 4: *Καὶ Δημόκριτος δὲ ἔτι πρότερον τοὺς Βαβυλωνίων λόγους ἠθικοὺς πεποιῆσθαι λέγεται, καί που σεμνυνόμενος περὶ ἑαυτοῦ φησιν· „Ἐγὼ δὲ τῶν κατ' ἐμαυτὸν ἀνθρώπων πλείστην γῆν ἐπεπλανησάμην ἱστορέων τὰ μήκιστα, καὶ ἀέρας καὶ γαίας πλείστας εἶδον, καὶ λογίων ἀνδρῶν πλείστων ἐπήκουσα, καὶ γραμμέων συνθέσιος μετ' ἀποδείξεως οὐδείς καμὲ* [quod corruptum est ex Clementis *κώ με*] *παρήλλαξεν, οὔτε Αἰγυπτίων οἱ καλούμενοι Ἀρσεπεδονάπται,* [*σὺν*] *οἷς ἐπὶ πᾶσιν ἐπ' ἔτεα ὀγδοήκοντα ἐπὶ ξείνης ἐγενήθην." ἐπῆλθε γὰρ καὶ οὗτος*

Βαβυλῶνα τε καὶ τὴν Περσίδα καὶ Αἴγυπτον τοῖς τε Αἰγυπτίοις καὶ τοῖς ἱερεῦσι μαθητεύων — Quod Democritus per octoginta annos sacerdotum Aegyptiorum consuetudine usus dicatur, nullis conciliari posse temporum rationibus, cum in Persis quoque et Babyloniis versatus esset, optime Freretus intellexit. Ut bona etiam et recta sit quam proposuit emendatio: minime bene eam adhibuit vir doctus ad Protagorae aetatem definiendam. Opponimus enim Frereto Freretum, qui in annotatione emendationem illam proponens octo annos in Aegypto cum Arpedonaptis, aliud temporis spatium in Babylonia et Perside ceterisque itineribus consumsisse Democritum statuit: in ipsis vero disputationis verbis octo tantum per annos omnino peregre eum abfuisse credere videtur de anno 480, quo Democritus Abderis profectus sit, octo annorum numerum deducens, ut 472. efficiatur, quo perfectis itineribus omnibus domum redierit, tanquam Freretus aut nihil sciret de itineribus in Persas Babyloniosque susceptis aut ad regiones tantas peragrandas nihil temporis Democrito opus fuisset. Ipse igitur sibi non constat. Nam quod fortasse qui Freretum excusare velit ita eum rem sibi finxisse dicat, ut Democritus octo annis in Aegypto peractis 472. domum rediisset ibique Protagoram discipulis suis ascripsisset; quae vero in Persas et Babylonios fecisset itinera, posteriore vitae parte suscepta esse: id neque per se est verum, neque Frereto in mentem incidit, qui omnia itinera a Democrito priore vitae parte absoluta esse diserte indicat: cfr. pag. 277: „Puisque Démocrite avait employé la première partie de sa vie à ses voyages dans l'Orient, et qu'il ne revint à Abdère sa patrie que dans un âge un peu avancé —", eaque inter octo annorum spatium: vid. pag. 278: „Si l'on ajoute les huit ans, que Démocrite passa dans ses voyages —." Denique ne ipsa quidem emendatio Frereti mihi placet; neque illi verum viderunt, qui verba *σὺν τοῖς δ' ἐπὶ πᾶσιν ἐπ' ἔτε' ὀγδώκοντα ἐπὶ ξείνης ἐγενήθην* interpretanda putaverunt: „cum omnibus istis populis octoginta per annos conversatus sum", quorum primus fuit Bruckerus hist. crit. philos. tom. I. pag. 1178. Immutavit paullum Bruckeri explicationem Fabricius, qui Bibl. Gr. tom. II. pag. 628. Democritum „ad

octogesimum usque aetatis annum“ peregrinatum esse ait. Eius vestigia presserunt Clinto et Kruegerus Fast. Hell. a. 381. Freretus vero σὺν τοῖς δ' ἐπὶ πᾶσι non „cum omnibus istis populis“ significare, sed σὺν τοῖς ad solos referendum Arpedonaptas numerumque mendo affectum esse recte quidem intellexit: minus recte emendavit. Cum enim Diod. Sic. lib. I. cap. XCVIII. §. 3. Ὑπολαμβάνουσι δὲ καὶ Δημόκριτον παρ' αὐτοῖς (τοῖς Αἰγυπτίοις) ἔτη διατρῖψαι πέντε dicat, pro ὀγδώκοντα apud Clementem legendum esse πέντε persuasit mihi Pappencordtius de atomic. doctr. spec. I. pag. 10, cuius emendationem Mullachius pag. 19. ita exhibet, ut ipsum primum eius auctorem fuisse putes. Pappencordtius enim apud Democritum nec πέντε neque ὀγδώκοντα integro verbo scriptum fuisse putat, sed signum Π, quo in antiquis Graecorum monumentis, qualia fuerunt Democriti scripta, πέντε (conf. Matth. gramm. gr. tom. I. pag. 24. annot. 4.), posteriore vero aetate ὀγδοήκοντα (π') significabatur. Cetera autem huius loci verba H. Ritteri L. Prelleri hist. philos. Graeco-Rom. annotatione pag. 42. ita sunt restituta: Ἀρπεδονάπται, σὺν τοῖσι ἐπ' ἔτεα πέντε ἐγενόμην.

Iam quae sequitur Frereti ratiocinatio omnium est vilissima. Faciamus, inquit, Democritum, natum „au plus tard“ anno 494, virum fuisse triginta quinque vel quadraginta annorum, cum in discipulorum numerum reciperet Protagoram, hunc vero novem vel decem annis post a magistro eiusque scholis divertisse: discipulus erat Protagoras ab anno fere 460. ad 450. Cum vero mortuus sit paene septuagenarius artemque exercuerit plus quadraginta annos, mors eius „au plutôt“ incidit in annum 410. — Qua in argumentatione quid insit firmitatis equidem ego non video. Quam enim vagae sunt coniecturae istae: „Supposons, que Démocrite, né au plus tard en 494, eût *trente-cinq à quarante* ans lorsqu'il s'attacha à cultiver les talens naturels du jeune Protagore, et donnons *neuf ou dix* ans à cette éducation“! Accedit, quod, si ex iis annis, quibus Democritum natum tradunt scriptores, unum Freretus exhibere voluit, magis cum ipsius ratione convenisset annum eligere 509. vel 510, quam 494. Nam per totam disputa-

tionem suam ea se secutum esse ait indicia, quibus Protagorae aetatem in tempora quae posset antiquissima reiiceret, cuius rationis causam ipse indicat paullo infra de altera via, qua Protagoram anno 410. mortuum esse demonstrare conatus est, hoc monens: „Cette détermination s'accorde avec la date proposée d'abord, et dans l'examen de laquelle j'avais suivi la méthode, qui pouvait faire remonter le plus haut l'époque de la mort de Protagore, à fin de traiter l'opinion que je combattais avec le plus de faveur qu'il était possible.“ Quae ut intelligantur advertendum est, Frereti de Protagorae temporibus quaestionem non esse sua ipsius causa conscriptam, sed „une addition“ maiori quaestioni adiunctam „sur les causes et sur quelques circonstances de la condamnation de Socrate“ ab eodem institutae. Qua cum hoc agat, ut mortem Socratis non odio et invidiae sophistarum imputandam esse probet, sed Atheniensibus, qui post restitutum popularem rei publicae statum metuerint, ne oligarchorum partibus nimis ille faveret, eumque condemnatum esse verbis quidem ut hominem impium iuvenumque depravatorem, re autem ut tyrannorum amicum et Critiae magistrum: unum ex argumentis, quibus hanc sententiam confirmare studuit, hoc est: Sunt qui Aristophanem dicant a Meleto Anytoque sophistarum amicis pecunia corruptum in Nubibus Socratem ut hominem civitati perniciosissimum in scenam induxisse, quo omnium odiis subiiceretur. Quam sententiam ferri non posse facile apparet. Meletus enim annis 424. et 423, cum Nubes docebatur, puer erat. Anytus vero, quum dialogum Menonis nomine inscriptum cum Socrate habebat, amicus erat Socratis, sophistarum vero inimicus infestissimus. Colloquium illud aliquanto post Protagorae mortem factum fingitur. Protagoras vero „au plutôt“ anno mortuus est 410, post Nubes actam mininum tertio decimo vel quarto decimo. „Ce qui montre, que la conversation est postérieure de quatorze ans *au moins* à la comédie des Nuées d'Aristophane, et détruit absolument le système d'Elien et celui de Diogène Laërce, puisque long-temps après cette comédie Anytus était encore en bonne intelligence avec Socrate.“ Quibus ex rebus

efficitur, a neutro illorum, qui Socratis accusatores post exstiterunt, pecunia corruptum Aristophanem Nubes scripsisse. — Ita Freretus. Atque quod de Protagorae mortis tempore dixit ut probet lectoribus, p. 222. expositionem, quam nunc ipsum tractamus, „sur l'âge de Protagore et la date de sa condamnation" conferri iubet. Ea igitur hoc demonstratum exspectes, Protagoram non ante annum 410. mortuum esse: ita enim inter 424. mortemque sophistae „au moins" quattuordecim anni praeterlapsi essent: eamque rationem secutum se professus est. Nihilo minus tantum abfuit, ut illam viam iniret, ut Democritum non post annum 494. natum esse computationis suae quasi fundamentum ponens aetatem eius in tempus quod posset recentissimum referret. Nam secundum veterum testimonia anno aut 509. aut 504. aut 490. natum esse Democritum ipse Freretus posuit, hoc unum constare monens, anno 480. non maiorem fuisse philosophum viginti quinque vel triginta annis, natum esse igitur non ante 505. vel 510. Quare Frereto, si eandem quam professus est rationem re vera tenuisset, nequaquam „Supposons que Démocrite, né *au plus tard en* 494" dicendum fuisse apparet, sed „né *au plutôt en* 510." Ita enim Democriti et, quam ab illa pendentem fecit, Protagorae aetatem in tempus quam antiquissimum reiecisset.

Quae argumenta pravissima ne nimium miremur, hoc semper teneamus, non eo Freretum consilio totam instituisse disquisitionem, ut inveniret, quod ubi esset nesciret, sed ut sententiam praeoccupatam argumentis qualibuscunque firmaret, quorum ipsum fidem haud magni ducere apparet. Nam secundae libelli particulae spe nos consolatur, qua ipsum 410. mortis annum fuisse firmis certisque documentis se demonstraturum profitetur. Ad hanc alteram igitur disputationis partem nunc transeamus. Audias pag. 279. ita exponentem:

„Diogène Laërce nous apprend, que, ce sophiste ayant fait dans une maison d'Athènes la lecture de son livre des Dieux, on fut très révolté de la façon impudente, dont il y traitait la question de leur existence: *Pour ce qui regarde les Dieux*, y disait-il en le commençant, *je ne puis décider*, *s'il y en a ou s'il*

n'y en a point. Évanthles [immo Euathle] selon Aristote, ou Pythodore, fils de Polyzèle, selon d'autres, dénonça Protagore au tribunal des quatre-cents, et intenta contre lui une action d'impiété. Ce sophiste, de crainte de boire la ciguë, comme le dit Timon de Phliasie, prit la fuite et se retira en Sicile; mais il périt en chemin avec le vaisseau qui le portait." — Deinde multus est Menagium, qui quadringentos sibi ignotos esse confessus est, edocens qui fuerint: anno 411. eos iniisse dominatum, 410. deiectos esse. — „La condamnation de la personne et du livre de Protagore par le tribunal des quatre-cents est donc de l'an 411 ou du commencement de l'an 410, puisque ce tribunal n'a pas subsisté plus long-temps."

Quae demonstratio speciosissima valde arridebit iis, qui in Frereti verba iurare velint. Si quis vero Diogenem Laertium evolverit, apud eum inveniri non posse, quod Freretus invenisse sibi videtur, maxime is dolebit. Diogenes enim lib. IX. §. 54. Pythodorum, *unum ex quadringentis*, Protagorae accusatorem fuisse tradit, non vero Protagoram a Pythodoro *apud quadringentos* reum factum esse. Qui manifestus est error. Cum enim Diogenis verba haec sint: *Κατηγόρησε δὲ αὐτοῦ Πυθόδωρος Πολυζήλου εἷς τῶν τετρακοσίων· Ἀριστοτέλης δὲ Εὔαθλόν φησιν:* Freretum pro *εἷς* legisse *εἰς* apparet, id quod, cum facile accidere potuerit celerius verba percurrenti, accidit etiam Diogenis interpreti, qui, ut Freretus „au tribunal des quatre-cents", Latine vertit „ad quadringentos", quasi apud Diogenem esset *κατηγόρησε δὲ αὐτοῦ Πυθόδωρος Πολυζήλου εἰς τῶν τετρακοσίων.* Ut haud male coniicias, non ipsa Diogenis verba Freretum inspexisse, sed ex interpretatione Latina hunc locum ad disputandum adhibuisse. Maius autem intercedit discrimen inter Diogenis sententiam et interpretationem Ambrosianam, quam primo aspectu fortasse videatur. Nam si re vera apud quadringentos tyrannos Protagoras accusatus esset, hoc non potuisset nisi illis regnantibus: ut tempus, quo sophista vivere desiisset, in comperto haberemus. Cum vero Pythodorus quadringentorum numero semel ascriptus etiam post solutum illorum imperium *εἷς*

τῶν τετρακοσίων nominari potuerit, ut aut ab aliis Pythodoris distingueretur, aut omnino indicaretur qualis ille fuisset: ex Diogenis verbis Protagoram accusatum esse quadringentis imperantibus certo effici nequit. Ceterum confer de hoc loco §§. 5. 6. et 7. Insuper a Frereto etiam quadringentorum virorum tempus minus recte indicatum est, de quo vid. §. 5.

Ad finem denique totius disquisitionis pauca addit de Ixione Euripidea, in qua Protagorae mortem indicatam fuisse scimus ex Diogene Laert. lib. IX. §. 55. Eorum summa haec est: „Au reste nous ne savons rien de certain sur la date de l'Ixion, où Euripide, comme nous l'avons dit, fait allusion à la mort de Protagore.“ Quod quidem bene se habeat. Sed de tota Frereti quaestione quid statuendum sit iam nemo erit puto qui ambigat. Duabus enim demonstrandi viis idem fere assecutum se opinatur, quarum alteram iustis argumentis carere neque ab ipso magni haberi apparet, altera errore nititur manifesto. Sed diligentius Frereti rationes tractare operae pretium duxi, cum, ut de aliis taceam, a viro, cuius magna est auctoritas, magnopere laudatas vidissem, C. Fr. Hermanno. Is enim in Zimmermanni Diariorum (Zeitschr. f. Alterthumswiss.) tomo I. anno 1834. edito Herbstii libellum censens pag. 363. „Clintons“, inquit, „Berechnung, die Protagoras Tod ins Jahr 404 setzt, war freilich kaum der Berücksichtigung werth. Dagegen hat Freret bereits das Jahr 410 auf so natürliche und gesunde Weise herausgestellt, dass wir auf seine Widerlegung durch Herrn Herbst sehr gespannt wären.“ Adde eiusdem histor. philos. Plat. tom. I. pag. 48: „Doch glaube ich mit ziemlicher Sicherheit der Rechnung von Freret folgen zu dürfen, wonach sein Tod bereits ins Jahr 410 vor Christus fällt.“

§. 2.

Quae Iacobus Geelius in historia critica sophistarum de Protagorae aetate disserit, in eo quidem cum Frereti commentatione congruunt, quod sophistam ipse quoque anno 410. mortuum statuit; sed aliam iniit demonstrandi viam, quae Frereti ratiocinationem levitate etiam superat. Nam Geelii argumentis praviora omnique ratione magis destituta vix excogitari possunt. Quod quidem

non esse ex tripode dictum ut ostendam, in aliorum virorum doctorum sententias, quas Geelius suas fecit, de Anaxagorae praecipue Democritique temporibus digrediendum erit. Quare quo rerum hac paragrapho tractatarum ordo facilius teneretur, tripartitam exhibui.

I.

Pag. 68. apud Geelium haec leguntur: „De Protagorae autem aetate et natali die incredibile est quantum sit virorum doctorum certamen. Maxima difficultas inde oritur, quod Democriti discipulus a plerisque veterum scriptorum appellatur: cuius tamen aequalem vel quo maiorem etiam fuisse eum ab aliis ostenditur. Nos quidem hanc litem unquam diremtum iri non putamus, praesertim cum ipsius Democriti aetas omnium rerum sit incertissima. Quid tamen nobis verosimillimum videatur, age paucis ostendamus. Apollodoro teste apud Diogenem Laertium lib. II. §. 7. vixit Anaxagoras circa septuagesimam olympiadem: ibi autem numerum mendosum esse monuerunt viri docti ad eum locum quique laudantur ab Harlesio ad Fabricii Bibliothecam Graecam lib. II. cap. XXIV. §. 5. At mox ex eodem Apollodoro narrat Diogenes mortuum esse primo anno septuagesimae octavae olympiadis; quod cum ob multas rationes a viris doctis probetur, hoc sit initium nostrae computationis. Narratur ibidem a Diogene vixisse Anaxagoram septuaginta duo annos: natus igitur est circa sexagesimam olympiadem. Fuit autem Democritus quadraginta annis iunior Anaxagora (vid. Diog. La. lib. IX. §§. 34. et 41.). Natus ergo est olympiade septuagesima. Cfr. etiam Tennemannum tom. I. pag. 271.“

Quum Geelius quoque Protagorae aetatem ex Democriti temporibus definire studeat, in Democriti annum natalem diligentius nobis inquirendum est. Nequaquam enim tam est incertus, quam Geelio videtur.

Primus quem attulit locus est Diog. Laert. lib. II. §. 7: *Λέγεται δὲ (Ἀναξαγόρας) κατὰ τὴν Ξέρξου διάβασιν εἴκοσιν ἐτῶν εἶναι, βεβιωκέναι δὲ ἑβδομήκοντα δύο. Φησὶ δ' Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς χρονικοῖς, γεγενῆσθαι αὐτὸν τῇ ἑβδομηκοστῇ*

ὀλυμπιάδι, τεθνηκέναι δὲ τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ἑβδομηκοστῆς ὀγδόης. Apollodori ratio ei quae prior allata est a Diogene repugnat. Nam qui olympiade septuagesima natus septuagesima octava moritur, non per annos septuaginta duo, sed triginta duo tantum vitam degit. Falsus ergo est aut alteruter Apollodori numerorum, aut Anaxagoras triginta duo tantum annos vivendo explevit. Posterius hoc vix probari poterit. Iuvenis viginti annorum Athenis philosophari incepisse ibique per triginta annos vixisse dicitur apud Diogenem lib. II. §. 7: *Ἤρξατο δὲ φιλοσοφεῖν Ἀθήνησιν ἐπὶ Καλλίου ἐτῶν εἴκοσιν ὤν, ὥς φησι Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς ἐν τῇ τῶν ἀρχόντων ἀναγραφῇ· ἔνθα καί φασιν αὐτὸν ἐτῶν διατρῖψαι τριάκοντα.* A Plutarcho senex memoratur Pericl. cap. XVI: *Καὶ μέντοι γε τὸν Ἀναξαγόραν αὐτὸν λέγουσιν ἀσχολουμένου Περικλέους ἀμελούμενον κεῖσθαι συγκεκαλυμμένον ἤδη γηραιὸν ἀποκαρτεροῦντα.* Vid. etiam Suidas s. v. *Ἀναξαγόρας· Ἐξήγαγε δὲ τοῦ ζῆν ἑαυτὸν ἐτέων ἑβδομήκοντα.* Statuendum igitur erit, aut priorem Apollodori numerum *ἑβδομηκοστῇ* aut posteriorem *ἑβδομηκοστῆς ὀγδόης* mendo esse affectum. Priorem corruptum putavit Geelius, quamvis sine ulla iusta causa, cum ipse, perperam quidem, *γεγενῆσθαι* interpretatus sit *vixisse.* Nam Anaxagoras, si olympiadis septuagesimae octavae anno primo, ante Chr. nat. 468, mortuus est, id quod Geelio probaverunt viri docti, idque anno aetatis altero et septuagesimo, cur olympiade septuagesima sive circa annum 500. vivere non potuit? Immo vixerit necesse est. Neque unus ex viris doctis, quos Geelius secutus est, circa septuagesimam olympiadem Anaxagoram vixisse negavit, neque est omnino cur negetur quod nemo affirmaverit. Apollodorus enim non *vixisse* sed *natum esse* dicit Anaxagoram olympiade septuagesima, idque fuit qui falsum putaret.

Ceterum cum Geelius, cur Apollodori priorem mendosum, alterum verum dicat numerum, rationes proprias proferat nullas, ipsae virorum doctorum sententiae, ad quas delegasse satis habet, iam nobis illustrandae sunt.

A Geelio in testimonium vocantur Diogenis commentatores, quique laudantur ab Harlesio ad Fabricii Bibliothecam

Graecam lib. II. cap. XXIV. §. 5. In Laertii locum de quo agitur observationes exstant Thomae Aldobrandini, Is. Casauboni, Menagii, Huebneri. Qui ab Harlesio laudantur, sunt Bruckerus histor. crit. philos. vol. I. pag. 1177, Baylius Diction. v. Démocrite vol. II. pag. 270. (D), Wesselingius ad Diod. Sic. pag. 647, Maius et M. du Soulius ad Luciani Macrob. cap. XVIII. tom. III. pag. 221. ed. Reitz., Meursius de archontibus lib. III. cap. 13, Ionsius de scriptor. hist. phil. lib. I. cap. IV. pag. 26. et q. sq., Corsinus Fast. Att. tom. III. pag. 138. et q. sqq., Menagius ad Diogenem Laertium pag. 409, Meinersius histor. doctr. ap. Graecos tom. I. pag. 725. quaeque sqq., Saxius Onomast. tom. I. pag. 36, Hambergerus Zuverläss. Nachricht. tom. I. pag. 190, Simso Chron. ad a. m. 3535. et 3601, Montucla histor. mathem. tom. I. part. I. lib. III. pag. 141. et q. sqq. Ex quibus ante omnia secernendi sunt Huebneri, Wesselingii, Mai, Soulii, Simsonis, Saxii, Ionsii, Montuclae quos citavi locos: quorum primus in eorum numero, quos Geelius auctores secutus sit, vel eam ob causam esse non potest, quia Diogenis libros multo post emissas Geelii quaestiones edidit; ceteri, quia ne verbum quidem de Anaxagorae aetate nec de Diogenis loco, de quo quaeritur, proferunt. Restant igitur nobis tractandae Aldobrandini, Casauboni, Menagii, Bruckeri, Baylii, Meursii, Corsini, Meinersii, Hambergeri sententiae. Et Aldobrandinus certe priorem Apollodori numerum falsum, posteriorem verum esse Geelio persuadere non potuit, quippe qui contrarium potius dicat. Plinii enim maxime auctoritate adductus Anaxagoram olympiade septuagesima octava non decessisse, sed etiam in vivis fuisse putat, ut manifesto philosophus ab olympiade septuagesima ad annum septuagesimum secundum vitam perduxisse illi videatur *). Casaubonus vero emendationem, quae Geelio placet, proposuit quidem, sed valde

*) Aldobrandinus l. l.: „Si haec Apollodori ratio vera est, non ergo duos ac septuaginta annos vixit Anaxagoras, ut paulo supra scribit Laertius, sed duos ac triginta plus minusve, quod ego procul dubio falsum esse existimo, accedente praesertim auctoritate Plinii, qui libro I. [II.] cap. 58. Anaxagoram ait septuagesima octava olympiade vivum fuisse."

dubitans *); et refellitur a Meursio, Petavio, Vossio, Menagio **). Item Hambergerus ***) Bruckerusque †) olympiade septuagesima Anaxagoram primam lucem aspexisse verum putant. Baylius autem tantum abest, ut ad expediendam hanc de Anaxagorae aetate quaestionem quicquam conferat, ut negligentia sua etiam magis perturbet ††). Nemo enim veterum Anaxagoram annos

*) Casaubonus l. l.: „*Γεγενῆσθαι αὐτὸν τῇ ἑβδομηκοστῇ ὀλυμπιάδι*] Probarem ut scriberetur *ἑξηκοστῇ*, etsi, quoniam ex diversis auctoribus haec collegit Laertius, vix quicquam potest harum rerum affirmari. At *γεγενῆσθαι* interpretari floruisse *μὴ καὶ πάνυ γελοῖον ᾖ;*

**) Menagius ad h. l.: „*Τῇ ἑβδομηκοστῇ ὀλυμπιάδι*] *τῇ ἑξηκοστῇ* Casaubonus reponendum existimabat. Sed omnino nihil mutandum docet Meurs. Attic. lect. lib. III. cap. 27. — *Τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ἑβδομηκοστῆς ὀγδόης*] *ὀγδοηκοστῆς ὀγδόης* emendabat Meursius Attic. lect. lib. III. cap. 27. et libro de archont. Athen. lib. II. cap. 13, nec non Petavius in Rationario tempor. parte I. lib. III. cap. 8, quem ego auctorem in chronologicis vehementer sequor, et Vossius de scientiis mathematicis cap. 33."

***) Hambergerus l. l.: „Seine (Democriti) Zeitrechnung ist sehr verwirret: doch komt man auf folgende Art der Wahrheit am nähesten: Democritus war vierzig Jahre jünger als der Weltweise Anaxagoras. Dieser war bei dem Einbruch des Königes Xerxes in Griechenland zwanzig Jahre alt (Diog. Laert. lib II. s. 7.) und Democritus also zwanzig Jahre nach diesem Einfal geboren. Der Kriegszug des Königes Xerxes geschah im Jahr der Welt 3504. Zählen wir nun noch zwanzig Jahre herunter, so ist das Jahr 3524 das Geburtsjahr des Democritus. Dieses Jahr fällt in die 79. und 80. Olympiade."

†) Bruckerus l. l.: „Apollodorus autem in Chronicis olymp. LXXX. 1. ponit, quocum conveniunt, quae ipse Democritus alicubi tradidit, quadraginta annis Anaxagora se esse iuniorem, si illum natum esse olymp. LXX. 1. ponamus." Conf. pag. 492: „Anaxagoras Clazomenius ex Ionia natus Ol. LXX. 1"

††) Baylii locum, quique proxime sequuntur Corsini et Meinersii, integros ascripsi, ut paullo infra, ubi diligenter illi examinabuntur, huc lectorem delegare possem. Baylius l. l.: „On ne trouve rien de certain ni sur le tems de sa naissance ni sur le tems de sa mort. Aussi voyons nous que Scaliger ne fait autre chose que marquer, en quoi les auteurs se contredisent. Démocrite dans la chronique d'Eusèbe fleurit au commencement de la 70. olympiade et meurt l'an 2. de la 93. [immo de la 94.] Sur ce pied-là il faudrait qu'il eût vécu beaucoup plus de 109 ans, ou qu'il eût fleuri dès sa 19. année. Diodore de Sicile le fait mourir âgé de 90 ans, la première année de la 94. olympiade. Lucien assure, que Démocrite se laissa mourir de faim à l'âge de 104 ans. Si l'on avait quelque chose d'assuré touchant l'âge d'Anaxagoras, on connaîtrait mieux la chronologie de Démocrite: car ce dernier assure dans quelqu'un de ses ouvrages, qu'il était de 40 ans plus jeune qu' Anaxagoras. Mais on ne trouve que discorde entre les auteurs qui marquent les tems d'Anaxagoras. Il avait 32 ans, dit-on, quand Xerxès passa en Europe: il vécut 72 ans, et il mourut la première année de la 78. olympiade. Je laisse plusieurs autres brouilleries, qui ne sont pas plus aisées à démêler que celles-ci. On peut assurer hardiment, qu'Elien s'est abusé en supposant, que Démocrite se moqua bien d'Alexandre sur l'inquiétude, où était ce prince par la considération qu'il n'avait pas encore

triginta duo natum fuisse cum Xerxes in Graeciam invaderet memoriae prodidit. Baylii animo obversabatur, ex Apollodori rationibus, quales apud Diogenem falso leguntur, annos tantum triginta duo Anaxagoram vivendo explevisse. Corsinus deinde disertis verbis olympiade septuagesima ortum dicit *);

conquis un monde, et qu'il y en avait une infinité selon Démocrite. Les 109 ans, que l'on donne à ce philosophe, ne peuvent pas le mener jusqu'aux conquêtes d'Alexandre. L'opinion d'Aulugelle est solide: il l'avait acquise par de bonnes voies: il assure que Socrate était plus jeune que Démocrite. Or Socrate mourut la première année de la 95. olympiade âgé de 70 ans: il fallait donc que Démocrite fut alors âgé de 80 ans pour le moins. Il en aurait donc eu plus de 140, s'il eût été en vie, lorsqu' Alexandre monta sur le trône la 1. année de la 111. olympiade."

*) Corsinus l. l.: „Democritum hoc anno (Ol. LXXI. a. 1) natum putaverim. Thrasyllus quidem apud Laertium (lib. IX. seg. 41.) asserit, ipsum anno 3. Oly. LXXVII. uno ante Socratem anno in lucem prodiisse, quod Apollodorus Oly. LXXX. contigisse scribit: *Γεγόνοι δὲ ἄν, ὡς μὲν Ἀπολλόδωρος ἐν χρονικοῖς, κατὰ τὴν ὀγδοηκοστὴν ὀλυμπιάδα. Natus igitur fuerit, ut ait Apollodorus in Chronicis, Olympiade octogesima.* Itaque Laertius in hac hypothesi mox dixit, Democritum Anaxagora quadraginta annis iuniorem fuisse, quem ao. 1. Oly. LXX. natum esse iam vidimus. (Conf. pag. 134: Olympias LXX. 1. — Hac Olympiade — Anaxagoram Clazomene in lucem editum esse dicit Laertius lib. II. segm. 7, idque cum illo mire consentit, quod a Laertio ipso dicitur, Anaxagoram in Xerxis transitu, hoc est anno 1. olymp. LXXV, vicesimum aetatis annum egisse.) Utraque tamen opinio facile refelli poterit. Siquidem Valerius Maximus (lib. VIII. cap. 7.) et Laertius (seg. 34.) laudato Herodoti (lib. VIII. cap. 120.) testimonio perspicue docet, quod, ubi Xerxes post cladem Salamine acceptam se in Asiam recepit, Abderae substitit, ibique pavore, quo perculsus ex Graecia repente aufugerat, deposito a Democriti patre perhonorifice exceptus Abdera discedens magos ibi reliquit, a quibus Democritus adhuc puer in Physicis, Astrologicis ac Theologicis erudiretur. Ergo anno I. Oly. LXXV. Democritus iam natus erat, eaque aetate, quae variis eiusmodi disciplinis par esse posset. Id vero mire conspirat, si Democritus ineunte Oly. LXXI. natus dicatur, adeoque in Xerxis transitu sextum decimum aetatis annum attigerit. Ita Democritus ipse parvum Diacosmum anno post Troiae excidium 730. edidisse dicitur: hoc est, subducto ex Eratosthenis opinione calculo, anno 1. Olymp. LXXXIV, quod aegre intelligi profecto posset, si Oly. solum LXXX. natus dicatur. Ita Protagoras ex Philochoro ante Euripidem, hoc est, annum 2. Oly. XCIII. e vivis excessit, quum is, Platone teste (in Menone) septuaginta aetatis annos egisset, annisque quadraginta sophisticam artem exercuisset, ut proinde Laertius illum Oly. LXXXIV. floruisse dixerit. Protagoras autem ille Laertio (lib. IX. seg. 65. [immo 50. et 53.]) teste Democriti auditor fuit; ideoque Democriti nativitas ad Oly. LXXX. revocari certe non poterit, ne Protagora longe iunior dicatur, qui post Oly. LXXV. oriri non potuit. Denique Diodorus (lib. XIV. cap. 11.) asserit Democritum ipsum nonaginta annos natum anno 1. Oly. XCIV. obiisse, adeoque ipsius ortum ad ineuntem Oly. LXXI. revocavit. Sed quid Laertio reponemus, qui Democritum *τεσσαράκοντα* annis Anaxagora iuniorem fuisse semel iterumque testatur? Non aliud profecto nisi quod ille

et Meinersius quam maxime potest Meursii emendationem amplectitur, ut in ipsa Diogenis verba eam recipere ne minimum quidem dubitet *). — Quid vero Geelius? Horum ipsorum virorum testimoniis ἑβδομηκοστῇ corruptum esse sibi persuasum ait legendumque ἑξηκοστῇ, quanquam omnes contra istam Casauboni mutationem, quam maxima is cum dubitatione protulit, ἑβδομηκοστῇ recte se habere dixerunt. Qui igitur sunt viri docti illi, quos auctores prae se fert? Casaubonusne? Eum scilicet unum dignum aestimavit, cuius sententia respiceretur: ceteros vero omnes, Thomam Aldobrandinum, Menagium, Vos-

Apollodori calculum hac in parte sequutus Democriti nativitatem ad Oly. LXXX. revocavit. Quodsi Laertius opinionem illam ex monimentis illis accepisset, facile in ipsius textu pro τεσσαράκοντα ego τέσσαρσι rescriberem, adeoque Laertius ipse secum, cum Herodoto, Diodoro aliisque scriptoribus conveniret. Quod enim ad Eusebium attinet, qui Hellanicum, Heraclitum, Democritum, Anaxagoram anno I. Oly. LXX. celebres fuisse dicit, perspicue apparet ipsum ingenti errore deceptum esse."

*) Meinersius op. l. pag. 723: „Für die glaubwürdigsten unter allen Zeugnissen, auf welche man die Zeitrechnung des Anaxagoras gründen kann, halte ich mit den eben angeführten Gelehrten diejenigen, die sich im sechsten Abschnitt des zweiten Buchs des Diogenes von Laerte finden. Hier heisst es erstlich, dass der gemeinen Meinung nach Anaxagoras zur Zeit des Einfalls des Xerxes in Griechenland zwanzig Jahre alt gewesen sei, und dass er zwei und siebenzig Jahre gelebt habe. An eben dieser Stelle setzt Apollodor die Geburt dieses Weltweisen in die siebenzigste und seinen Tod in die achtundachtzigste Olympiade. (Denn diese Zahl muss, wie die grössten Ausleger geurtheilt haben, und die ganze übrige Zeitrechnung des Anaxagoras beweist, statt der Zahl 74 [immo 78] gesetzt werden.) Mit diesen Angaben stimmet die des unbekannten Verfassers der Beschreibung der Olympiaden überein, nach welcher Anaxagoras im ersten Jahre der siebenzigsten Olympiade geboren wurde." — Pag. 725: „Noch weit verworrener als die Zeitrechnung des Anaxagoras ist die des Demokrit. Wenn die beiden Data, die Diogenes an der bemerkten Stelle aus Werken des Demokrit anführt, wirklich aus ächten Schriften dieses Weltweisen genommen wären, so würde es nicht schwer werden, die Zeit, wann er geboren worden, genau zu bestimmen. Demokrit soll nähmlich selbst gesagt haben, dass er 40 Jahre jünger als Anaxagoras gewesen sei, und dass er seinen Μικρὸς Διάκοσμος 730 Jahre nach der Zerstörung von Troja oder gegen das Ende der achtzigsten Olympiade vollendet habe. Die erste Nachricht stimmt vollkommen mit der Angabe des Apollodor zusammen, der die Geburt des Anaxagoras in die 70. und die des Demokrit in die 80. Olympiade setzt. Allein sie ist wiederum mit dem zweiten Dato und mit den Zeugnissen aller übrigen Schriftsteller unvereinbar. Denn et q. s. — Da also beide Data, welche Diogenes aus dem Demokrit anführt, nicht wahr sein können, so fragt sich's, welches von ihnen erdichtet oder dem Weltweisen von Abdera fälschlich zugeschrieben worden ist. Allem Vermuthen nach muss man dies Letztere von dem angeblichen Geständnisse glauben, nach welchem Demokrit vierzig Jahre jünger als Anaxagoras gewesen sein soll."

sium, Meursium, Petavium, Hambergerum, Bruckerum, Corsinum, rem multo probabiliorem, immo quae sola vera est, agentes silentio premendos duxit. Meursii enim emendationem optimam esse iam omnes intelligent. Quae ex Laertio de Anaxagorae vita nobis innotuerunt, tam praeclare conspirant, ut dubitationi vix quicquam sit loci. Ut enim verba eius iam emendata ascribam, haec sunt: I. *Λέγεται δὲ κατὰ τὴν Ξέρξου διάβασιν εἴκοσιν ἐτῶν εἶναι, βεβιωκέναι δὲ ἑβδομήκοντα δύο.* II. *Φησὶ δὲ Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς χρονικοῖς, γεγενῆσθαι αὐτὸν τῇ ἑβδομηκοστῇ ὀλυμπιάδι, τεθνηκέναι δὲ τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ὀγδοηκοστῆς ὀγδόης.* III. *Ἤρξατο δὲ φιλοσοφεῖν Ἀθήνησιν ἐπὶ Καλλίου ἐτῶν εἴκοσιν ὤν, ὥς φησι Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς ἐν τῇ τῶν ἀρχόντων ἀναγραφῇ.* Tribus igitur fontibus Diogenes usus est. Primum, inquit, sunt qui Anaxagoram anno 480. iuvenem viginti annorum fuisse tradant, et vixisse annos septuaginta duo. Ii ergo natum dicunt anno 500. Tum Apollodorus in lucem susceptum ait olympiade septuagesima, cuius primus annus est 500; mortuum vero olympiadis octogesimae octavae anno primo. Demetrius Phalereus denique Callia sive Calliade archonte, qui erat anni 480. (vid. Clinton. Fast. Hell. h. a.), viginti eum annos habuisse narrat. Natum ergo confirmant Anaxagoram anno 500. omnes quibus Diogenes usus est auctores. Ex aliis vero nihil, quod sciam, compertum habemus, nisi quod falsus ille Origenes Philos. cap. VIII. *Οὗτος [Ἀναξαγόρας] ἤκμασεν ἔτους πρώτου τῆς ὀγδοηκοστῆς ὀγδόης ὀλυμπιάδος* tradens mortis annum pro *ἀκμῆς* tempore posuit, id quod recte observatum est a Clintone Fast. Hell. a. 428. Nam Eusebium, qui olympiade septuagesima inclaruisse ait Hellanicum, Democritum, Heraclitum, Anaxagoram, nihil moror; neque magis Syncellum, qui ex Eusebio sapiens pag. 238. C diversas eorundem illorum virorum aetates eodem modo confundit. Talium enim locorum quae sit ratio, vel inde apparet, quod apud Eusebium olympiade octogesima Heraclitus et octogesima sexta Democritus, itemque apud Syncellum pag. 248. B Democritus ante bellum Peloponnesiacum iterum floruisse dicuntur. Mortuum autem ait Anaxagoram Eusebius olympiadis septuagesimae nonae anno tertio, atque circa idem fere

tempus Syncellus pag. 254. C: id quod a ceterorum testimoniis nimium discrepat. Eadem, atque Eusebii et Syncelli, conditio est Cyrilli loci, quo' Anaxagoram tradi cum Xerxes in Graeciam invaderet annum egisse vicesimum ne temerius dixerit Brandisius hist. philos. tom. I. pag. 233. magnopere vereor, contra Iul. pag. 13. B: *Ἑβδομηκοστῇ ὀλυμπιάδι φασὶ γενέσθαι Δημόκριτον καὶ Ἀναξαγόραν, φιλοσόφους φυσικούς, ὁμοῦ τε καὶ Ἡράκλειτον τὸν ἐπίκλην Σκοτεινόν.* Quod minus incerte dictum esse, quam ut huius testimonii ullus ad quaestionem nostram usus sit, cum per se apparet, tum verbis, quae paullo post leguntur, planissimum fit, quibus de Democrito sibi ipse non constans *Ὀγδοηκοστῇ ἕκτῃ ὀλυμπιάδι*, inquit, *γενέσθαι φασὶ τὸν Ἀβδηρίτην Δημόκριτον, Ἐμπεδοκλέα τε καὶ Ἱπποκράτην καὶ Πρόδικον, Ζήνωνα καὶ Παρμενίδην.* Pariter denique reliqua comparata sunt testimonia, Chronici Paschalis et Michaelis Glycae. In chronico enim illo olympiadis sexagesimae septimae anno primo vel secundo Hellanicus, Democritus, Heraclitus, Anaxagoras, apud Glycam vero Annal. part. II. pag. 202. B (pag. 376. Bekk.) Artaxerxis Longimani aetate Sophocles, Heraclitus, Anaxagoras, Pythagoras, Thucydides, Euripides, Herodotus, Empedocles, Diogenes, Hippocrates, Plato, Aristoteles clari fuisse dicuntur. Hos locos igitur omnes, quippe quibus parum vel adeo nihil demonstretur, nos missos facimus: ceteri autem, qui ad Anaxagorae historiam pertinent, quanquam ad ipsum sive natalem sive mortis annum constituendum adhiberi nequeunt, egregie tamen congruunt cum computatione nostra. — Quae cum ita sint, ineptum sane esset, Apollodorum pro septuagesima olympiadem sexagesimam vel annum 540. Anaxagorae natalem facere tradentem, quo Casaubonus levissimam difficultatem ut tolleret, multo graviores in locum intulit, tantumque abfuit ut rem expediret, ut multo etiam magis perturbaret. Diversos enim Apollodori numeros ut inter se conciliaret, priorem, qui est certissimus omniumque testimoniis confirmatus, manifesto corrupit, cum Meursius alterum mutans omnem removerit discrepantiam *).

*) Praeter quos memoravimus, Meursii emendationem ceteri fere

Quae si quidem recte disputata sunt, Democritus natus est anno 460. Anaxagora enim quadraginta annis Democritum fuisse minorem apud Diogenem plus semel legitur: ut lib. IX. §. 34: *Ὕστερον δὲ Λευκίππῳ παρέβαλε καὶ Ἀναξαγόρᾳ κατά τινας, ἔτεσιν ὢν αὐτοῦ νεώτερος τετταράκοντα.* et §. 41: *Γέγονε δὲ τοῖς χρόνοις, ὡς αὐτός φησιν ἐν τῷ Μικρῷ Διακόσμῳ, νέος κατὰ πρεσβύτην Ἀναξαγόραν, ἔτεσιν αὐτοῦ νεώτερος τετταράκοντα.* Quae omnia confirmantur ab Apollodoro, sententiae nostrae de Anaxagorae Democritique temporibus teste gravissimo, apud Diogenem lib. IX. §. 41: *Γεγόνοι δ' ἄν, ὡς μὲν Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς χρονικοῖς, κατὰ τὴν ὀγδοηκοστὴν ὀλυμπιάδα*, cuius 460. primus est annus. *Γεγόνοι* enim interpretandum esse *natus sit*, non, quod in Huebneri editione exhibitum est, *fuerit*, indicio sunt verba quae proxime sequuntur: *Ὡς δὲ Θρασύλος —, κατὰ τὸ τρίτον ἔτος τῆς ἑβδόμης καὶ ἑβδομηκοστῆς ὀλυμπιάδος, ἐνιαυτῷ, φησί, πρεσβύτερος ὢν Σωκράτους.*

Apud Plut. adv. Colot. tom. II. pag. 1109. A, Sext. Empir. adv. Math. lib. VII. §. 389, Diog. Laert. lib. IX. §. 42. Protagoras, quem circa annum 480. lucem aspexisse infra demonstrabimus, in Democriti scriptis impugnatus esse traditur. Quod quanquam cum omnium fere computationibus conciliari posse haud infitias imus, nostra tamen in quam aptius quadret vix excogitari queat. Anno 460. natum dicit Democritum etiam Mullachius pag. 19. Nihilominus ego, si quis meam expositionem cum Mullachii contenderit, nequaquam rem actam egisse videbor.

omnes probaverunt. Vid. I. T. Hemsenius Anaxagor. Clazomen. pag. 4, Schaubachius Anaxag. fragm. pag. 2. et q. seqq. et 45. seqq., Ritterus histor. philos. Ion. pag. 203, Clinto Fast. Hell. a 500. 480. 428, Tennemannus hist. philos. ed. Wendt tom. I. pag. 369. et Wendtius ad hunc Tennemanni locum, Huebnerus ad Diogenis de quibus agitur verba, et qui opus Huebneri morte interruptum absolvit Iacobitzius append. crit., Brandisius histor. philos. tom. I. pag. 234. Ceterum ita definiendam esse Anaxagorae aetatem indicavit iam Scaliger, si quidem eius est olympiadum descriptio in Eusebii editione exhibita. Olympiadis enim septuagesimae anno primo natum, octogesimae octavae primo mortuum statuit Anaxagoram.

II.

Pauca addere liceat de aliorum sententiis ad Democriti aetatem pertinentibus, quas locis illis cognovimus supra exscriptis. Neque enim eo tantum consilio Corsini, Meinersii, Baylii ipsa verba repetere volui, ut Geelii nugae detegerentur, sed ut praecipuas virorum doctorum de Democriti temporibus sententias quo iure improbarem lectores facilius perspicerent. Ceterum si cui nimius esse videar in Democriti rebus exponendis, eum monitum velim, Protagoram cum Democrito a multis scriptoribus et recentibus et antiquis tam arcte coniunctum fuisse, ut sophistae non modo aetatem, sed etiam placita nonnisi ex Democriteis illustrari posse arbitrarentur. Ut unum afferam, Geelius ipse, ut ex Democriti aetate tempus, quo Protagoras vixisset, constituere voluit, etiam placitorum Protagoreorum fundamenta ex Democriti philosophia repetiit. Quare ego, qui opinionem istam ex ipsa temporum quoque ratione eversurus sim, non possum quin in hanc rem diligenter inquiram.

Primam Corsini tractemus demonstrationem, quae difficilior videri possit refutatu. Videtur, non est. Anno 496. Democritum natum putat quattuor de causis hisce: „Primum Democritus magorum a Xerxe anno 480. Abderis relictorum praeceptis imbutus est; deinde anno post Troiam captam 730. librum quendam conscripsit; tum Protagoras, non post olympiadem septuagesimam quintam natus, Democriti fuit discipulus; Diodorus denique anno 404. senem nonaginta annorum Democritum dicit esse mortuum.“ — Historiolas istas de splendidissimis epulis magorumque institutione ex aliorum meaque sententia falsas esse iam supra exposui. Alii enim Xerxi ex Asia in Graeciam traiicienti epulas illas institutas esse aiunt, alii clade accepta in Asiam refugienti; alii Xerxi soli, alii universo Persarum exercitui; alii Democriti patri regis excipiendi honorem contigisse tradunt, alii Protagorae. Herodotus vero, quem auctorem prae se ferunt, totam rem ignorat: tantum enim apud eum legimus, quantum sufficit ad fabellae ortum divinando assequendum. Nam Laertium Herodot

lib. VIII. cap. 120. respexisse recte quidem a Corsino observatum est; sed prorsus diversa illum narrare Corsinum fugit. Haec enim ipsa sunt Herodoti verba: *Φαίνεται γὰρ Ξέρξης ἐν τῇ ὀπίσω κομιδῇ ἀπικόμενος ἐς Ἄβδηρα καὶ ξεινίην τέ σφι συνθέμενος καὶ δωρησάμενος αὐτοὺς ἀκινάκῃ τε χρυσέῳ καὶ τιήρῃ χρυσοπάστῳ. καὶ ὡς αὐτοὶ λέγουσι Ἀβδηρῖται, λέγοντες ἔμοιγε οὐδαμῶς πιστά, πρῶτον ἐλύσατο τὴν ζώνην φεύγων ἐξ Ἀθηνέων ὀπίσω ὡς ἐν ἀδείῃ ἐών.* Memorari poterat etiam caput 120. lib. VII, ubi postquam Herodotus quantopere Graecorum oppida Xerxis agmine exhausta essent diserte exposuit, hoc de Abderitis affert: *Ἔνθα δὴ Μεγακρέοντος ἀνδρὸς Ἀβδηρίτεω ἔπος εὖ εἰρημένον ἐγένετο, ὃς συνέβουλευσε Ἀβδηρίτῃσι πανδημεὶ αὐτοὺς καὶ γυναῖκας ἐλθόντας ἐς τὰ σφέτερα ἱρὰ ἵζεσθαι ἱκέτας τῶν θεῶν παραιτεομένους, καὶ τὸ λοιπόν σφι ἀπαμύνειν τῶν ἐπιόντων κακῶν τὰ ἡμίσεα, τῶν τε παροιχομένων ἔχειν σφι μεγάλην χάριν, ὅτι βασιλεὺς Ξέρξης οὐ δὶς ἑκάστης ἡμέρης ἐνόμισε σῖτον αἱρέεσθαι· παρέχειν γὰρ ἂν Ἀβδηρίτῃσι, εἰ καὶ ἄριστον προείρητο ὁμοῖα τῷ δείπνῳ παρασκευάζειν, ἢ μὴ ὑπομένειν Ξέρξεα ἐπιόντα ἢ καταμείναντας κάκιστα πάντων ἀνθρώπων διατριβῆναι.* Apud Herodotum igitur Persarum exercitui ab Abderitis quoque victum suppeditandum fuisse legitur: quis vero Abderitarum regium hospitem domo excepisset ceterasque res huc pertinentes posteriores finxerunt scriptores. — Quod deinde Democritum ipsum auctorem esse Diogenes ait, se *Μικρὸν Διάκοσμον* anno post Troiae excidium 730. composuisse, indicium esset satis firmum quippe ab ipso Democrito prolatum, nisi aeram Troianam veterum scriptorum alii aliam statuerent, ut quam secutus sit Democritus vix quisquam dicere nunc possit. Subducto ex Eratosthenis quidem opinione calculo in nostram Democriti aetatis descriptionem non quadrat quod ipse de *Μικρῷ Διακόσμῳ* professus est: sed quidni quadret subducto ex Democriti opinione? Hanc rem quum ab aliis tum a Mullachio pag. 30. et quae sequuntur fusius expositam verbo indicasse satis est. Mirum in modum Meinersius quoque et Wesselingius hoc uno Laertii loco computationem suam totam fulcire voluerunt omnibus

ceterorum testimoniis posthabitis *). Attamen ne unus quidem eorum Eratosthenis aera, quam secuti esse videntur (nam Corsinus quidem disertis verbis hoc indicavit), recte usus est. Neque enim in exeuntem olympiadem octogesimam, quae est Meinersii Wesselingiique computatio, annus post Troiam dirutam 730. incidit, neque, id quod Corsinus posuit, in olympiadis octogesimae quartae annum primum, sed in annum tertium vel quartum olympiadis octogesimae primae **). Vid. Clinton. Fast. Hell. a. 460. et Prooem. pag. III. et q. seqq. — Tum Protagoras Democritum quidni potuerit audire eiusque praecepta percipere quamvis illo maior natu? Nullus enim veterum scriptorum Democriti institutione usum esse Protagoram puerum affirmavit; immo antequam litteras capessisset, baiuli munere functum dicunt quicunque de his rebus nugantur: ut cum aetate iam aliquantum processisset philosophiae primum se dedisse facile putari possit. Ceterum fabellae istae, quarum de vanitate capite secundo affatim dictum est, quam nihili essent faciendae iam perspexit qui disputationem *περὶ Ἱππομάχου* conscripsit Cramer. Anecdot. Paris. vol. I. exhibitam. Is enim Protagoram inde a prima pueritia eruditione atque institutione opus esse vix dixisse, si ipse provectus demum aetate homo ad litteras primum aggressus esset, pag. 171. nequaquam inepte observavit: *Ὅτι ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ μεγάλῳ λόγῳ Πρωταγόρας εἶπε· „Φύσεως καὶ ἀσκήσεως διδασκαλία δεῖται· καὶ ἀπὸ νεότητος δὲ ἀρξαμένους δεῖν μανθάνειν —.“ οὐκ ἂν δὲ ἔλεγε τοῦτο, εἰ αὐτὸς ὀψιμαθὴς ἦν, ὡς ἐνόμιζε καὶ ἔλεγεν Ἐπίκουρος περὶ Πρωταγόρου.* — Unus Diodorus Siculus nostrae sententiae manifesto repugnat, qui lib. XIV. cap. XI. §. 5. anno 404. Democritum mortuum esse nonagenarium tradidit. Natus ergo esset 494. Atque

*) Vid. Meinersii loc. annot. pag. 29. et Wesselingium ad Diod. Sic. lib. XIV. cap. 11: „Id mihi tamen satis apparet, natum esse non posse Democritum aut ol. 80, quae Apollodori sententia, aut, uti opinabatur Thrasyllus, a. 3. ol. 77. Ipse enim professus erat, se *μικρὸν* suum *Διάκοσμον* composuisse anno ab eversa Troia DCCXXX. apud Diog. lib. IX. §. 43. [immo 41.], sive circa ol. 80. exeuntem. Rectius propterea noster, cuius ex sententia primam lucem Democritus ol. 71. ad finem vergente aspexit.“

**) Corsinum secutus Harlesius quoque, cui argumentationem suam totam ille probavit, ad Fabricii Bibl. Gr. tom. II p. 628. annum post Troiae excidium 730. ex Eratosthenis aera primum esse dixit olympiadis octogesimae quartae.

multi hoc verum putarunt, in quibus C. Fr. Hermannus loco pag. 9. exscripto. Ego vero ipsum Democritum et Apollodorum Diodoro opponere eo minus dubito, quo planius illum apparet de Democrito errore esse obstrictum. Democritum enim non tantum nonaginta, sed plus centum annos vivendo explevisse cum a reliquorum scriptorum plerisque tum ab Antisthene Rhodio Democriti aequali (vid. Mullachius pag. 15. et 40.) adeo confirmatur, ut de hac re iam non sit dubitandum. Nostrorum vero auctorum fidem deminuere Corsinus frustra conatus est. Apollodorus enim, ut dictum repetam, olympiade octogesima Democritum natum dicit, idque ab ipso confirmatur, quem quadraginta annis Anaxagora minorem se professum esse Laertius lib. IX. §§. 34. et 41. testatur: vid. sub finem prioris huius paragraphi particulae. Utroque vero loco pro *τεσσαράκοντα* legendum esse ait Corsinus *τέσσαρσι* persuasitque Harlesio Fabricii Bibl. Graec. tom. II. pag. 629. Quae profecto haud ita magna est mutatio, sive Democritus vel librariorum aliquis hunc numerum ipsius vocis compendio aliquo indicaverit, sive signo quodam usu constituto: ut pro *τέσσαρσι*, IIII, vel *δ'* librarius oculorum aciem minus intendens legeret *τεσσαράκοντα*, *ΔΔΔΔ*, vel *μ'*. Neque talem errorem Laertio ipsi imputare dubitaremus certis firmisque argumentis eo adducti. Sed quo facilius est singulam litterulam mendo affectam dicere, eo magis cavendum est, ne hanc emendandi rationem temerius adhibeas. Si *τέσσαρσι* pro *τεσσαράκοντα* in Diogenis verba receptum esset, ait Corsinus, Laertius ipse secum, cum Herodoto, Diodoro aliisque scriptoribus conveniret. Immo ipse secum, cum Diodoro ceterisque scriptoribus pugnaret. Nam Herodotum missum facio, apud quem de tota re nihil inveniatur. Atque Diodorus quidem anno 494. Democritum natum dicit, non 496. Laertius vero quibus locis, quo uno loco Democritum anno 496. ortum esse indicavit? Ita potius loquitur, ut de *τέσσαρσι* legendo emunctae naris homo ne cogitare quidem possit. Qui enim sensus his in verbis inesset: *Γέγονε δὲ τοῖς χρόνοις, ὥς αὐτός φησιν ἐν τῷ Μικρῷ Διακόσμῳ, νέος κατὰ πρεσβύτην Ἀναξαγόραν ἔτεσιν αὐτοῦ νεώ-*

τερος τέσσαρσι —? Homines duo, quorum alter altero quattuor annis maior est, nonne aequales aptius dicuntur, quam alter πρεσβύτης, alter νέος? Anaxagoram, qui per annos septuaginta duo in vivis fuit, sexagesimum quartum agentem tibi fingas, Democritum vero sexagesimum: num hic νέος comparatus cum illo? Alterum fac tricenarium, alterum viginti sex annos habentem: uter πρεσβύτης? Quemcunque sumis gradum aetatis, non invenietur, cui hoc Democriti dictum adaptari possit. Sed quadraginta anni tale discrimen efficiunt: adolescens viginti quattuor annorum, ut hoc utar numero, iure meritoque νέος appellatur comparatus cum sene sexagesimum quartum agente.

Baylii observationes fere nihili faciendae sunt. Is enim postquam Anaxagorae aetatis descriptionem testimoniorum diversitate turbatam esse dixit magnisque difficultatibus impeditam, sua negligentia etiam novas intulit, sed quae tolli potuerunt: vide huius paragr. part. I. Deinde ex tanta auctorum mole eum elegit, cui omnium in his rebus minima fides est, Aulum Gellium Noct. Att. lib. XVII. cap. 21: „Itaque in hoc tempore nobiles celebresque Sophocles ac deinde Euripides tragici poetae et Hippocrates medicus et Democritus philosophus, quibus Socrates Atheniensis natu quidem posterior fuit, sed quibusdam temporibus eisdem vixerunt.“ In promtu enim sunt exempla, quibus Gellium per hoc caput, quo conspectus aetatum antiquissimarum et virorum illustrium, qui illis aetatibus vixerunt, continetur, saepe errasse demonstrabo. Quod ne nimium miremur, conspectum istum ex excerptionibus compositum esse ipse ait, quas variis diversisque in locis ex libris qui chronici appellentur factas cursim digesserit; neque id sibi negotium fuisse, ut acri atque subtili cura excellentium in utraque gente hominum συγχρονισμούς componeret, sed ut Noctes istae quadamtenus his quoque historiae flosculis leviter iniectis aspergerentur. Quam flosculorum passim carptorum naturam tam aperte prae se ferunt, ut scriptor hoc praemonendi labore supersedere potuerit. Primum enim ipso loco illo quem exscripsimus Socrate natu maiorem Hippocratem medicum fuisse tradit, quem anno 460. lucem aspexisse Histo-

machus auctor est: conf. *Ἱπποκράτους βίος καὶ γένος κατὰ Σωρανόν* in Hippocratis oper. ed. I. A. van der Linden. tom. II. pag. 951. — Paullo infra „Ad annum fere conditae urbis trecentesimum quadragesimum septimum", Gellius inquit, „triginta illi tyranni praepositi sunt a Lacedaemoniis Atheniensibus." Annus quem dicit est 407. a. Chr. n. Sed triginta viri Athenis imperium inierunt anno 404. — Tum §. 34: „Macedo Alexander pleraque parte orientali subacta cum annos regnavisset undecim obiit mortis diem." Ab anno 336. usque ad 323. regnasse Alexandrum constat. — Continuo ita pergit: „Neque ita longe post Aristoteles philosophus et post aliquanto Demosthenes vita functi sunt." Et Aristoteles et Demosthenes eodem anno 322. decesserunt. — Ad finem haec habet: „Iisdemque temporibus Diogenes Stoicus et Carneades Academicus et Critolaus Peripateticus ab Atheniensibus ad senatum populi Romani negotii publici gratia legati sunt. Neque magno intervallo postea Ennius et iuxta Caecilius et Terentius ac subinde Pacuvius et Pacuvio iam sene Attius, clariorque tunc in poematis eorum obtrectandis Lucilius fuit." Philosophos illos tres anno 155. a. Chr. n. Romam legatos esse nemo nescit. Ennius vero mortuus est anno 169. (cfr. Cic. Brut. cap. XX. §. 78. et quae annot. Henr. Meyerus), quattuordecim ergo annis a n t e legationem missam, p o s t quam Gellius floruisse illum tradit. — Praeter hos errores haud ita exiguos etiam sextum in Democriti aetate indicanda commissum Gellio imputare religioni non duco. Nam qui tali modo temporum rationes confundat, quam levis eius est fides in id genus rebus! quam plane nulla contra ipsius Democriti et Apollodori auctoritates pulcherrime consentientes! — Sed iam satis de flosculis.

III.

In Geelii igitur disquisitione examinanda iam eo pervenimus, ut Democritum non olympiade septuagesima, id quod ille statuit, sed octogesima sive anno 460. primam lucem aspexisse intelligamus. Quo quanquam falsam esse totam

eius rationem apparet: — nam qui in computatione sua errorem quadraginta annorum commisit, ad verum pervenire finem nullo modo potest, nisi forte novo errore prioris vim sustulerit: — ego tamen, cum Protagorae aetatem etiam accuratius ille definire conans mirum quam inepta hallucinatus sit, haec quoque non possum quin perstringam. Ita enim ratiocinari pergit pag. 69:

„Socrates apud Platonem Men. pag. 21. C narrat, obiisse Protagoram septuagesimo aetatis anno, in sophistica autem arte versatum esse quadraginta annos: cfr. Diog. Laert. lib. IX. §. 56. Idem hic §. 42. de Protagora dicit: *ὃς ὁμολογεῖται κατὰ Σωκράτην γεγονέναι*. At indefinite nimis hoc dictum est, quam ut inde certi quidquam efficere possimus. Videtur sane Protagoras Socrate maior fuisse; at nos quidem arbitramur, eum non ita diu ante Socratem diem obiisse. Verosimile enim' est, Platonem, qui sophistas, imprimis Protagoram, tam saepe loquentes inducat Socratemque cum illis disputantem faciat, multaque referat, quae sophistae non scripsisse sed dixisse videantur, sophistas aut cum Socrate versantes audivisse, aut, si isti sermones nunquam habiti sunt, eos saltem novisse. Natus autem est Plato eodem anno quo Pericles e vita decessit, i. e. ol. LXXXVII. a. 4. Faciamus igitur fuisse Platonem iuvenem fere duodeviginti annorum, cum veteres sophistas cum Socrate disputantes audiret, sequetur Protagoram adhuc vixisse ol. XCII. Quodsi verum est, de quo dubitari vix potest, vixisse Protagoram septuaginta annos, ponamusque eum mortuum esse ol. XCII, natus sit necesse est ol. LXXIV."

Errores, quibus haec demonstratio est implicita, unum quemque offendunt etiam non monitum. Primum, ut auditum esse sophistam a Platone cum Socrate versantem Geelio largiamur, nihil est unde colligi possit, iuvenem duodeviginti annorum Platonem sophistarum ipsiusque Protagorae cum Socrate colloquiis interfuisse. Immo vicesimo aetatis anno Socratem Plato primum adiisse dicitur apud Diogenem lib. III. §. 6: *Τοὐντεῦθεν δή, γεγονώς, φασίν, εἴκοσιν ἔτη, διήκουσε Σωκράτους*, h. e. anno 409. Ab hoc inde tempore usque ad

Socratis mortem hunc magistrum suum cum sophistis disputantem audiendi ei potestas erat, ut iure eodem vel etiam maiore Plato aetatis anno vicesimo quarto vel duodetricesimo Protagorae disputationum auditor fuisse dici posset, quam Geelius dixit duodevicesimo. Si igitur unquam Plato audivit Protagoram, neque cur ipso anno 411, neque omnino cur per unum tantummodo annum hoc potuerit intelligitur. Sed etiam si recte statuisset, Protagoram olympiade altera et nonagesima cum Socrate esse collocutum, inde vixisse quidem etiam tunc Protagoram efficeretur: cur vero eadem olympiade mortuum quoque sophistam dixerit, vix quisquam perspiciet. Quod maxime rem causamque continet, id Geelius perpaucis verbis absolvit: „Ponamusque eum mortuum esse ol. XCII.“ Facillimum est ponere: rationis momenta quaerenda sunt.

Ut Protagoram Democrito posteriorem natu fuisse etiam magis probet, Philostratum, qui in Protagorae vita cum Xerxes in Graeciam traiiceret iuvenem Protagoram e magorum disciplina hausisse suam de diis dubitationem tradat, a Bruckero hist. phil. tom. I. pag. 1202. explosum esse ait, qui a Philostrato permutatum esse Protagoram cum Democrito monuerit. Quod utrum recte dictum esset necne capite II. indicavimus. Tum ad Meinersii sententiam quandam evertendam transit his verbis: „Speciosissime omnium disputavit Meinersius in opere laudato tom. III. not. ad pag. 258, ubi cum affirmet praeter Gorgiam neminem sophistarum aliquem veterum philosophorum audivisse, haec scribit: „„Peut-être que l'on pense ici à Protagoras, dont plusieurs auteurs, et Epicure entr' autres racontent, qu'il avait été d'abord porte-faix, mais que Démocrite, ayant remarqué la manière avec laquelle il faisait les fagots, devina son génie et lui donna des instructions. Mais il est aisé de prouver par plusieurs raisons, que ce récit n'est qu'un conte, et que Protagoras vivait bien avant Démocrite. D'abord Aristote ignorait absolument, que Protagoras eût reçu des instructions de Démocrite, quoiqu'il parle d'une machine dont on attribue l'invention à Protagoras, et qui fut probablement cause que l'on imagina qu'il avait

été porte-faix. De plus, Platon parle dans son Protagoras du sophiste de même nom comme d'un des premiers sophistes et beaucoup plus ancien que Socrate. Aristote le plaçait aussi avant Corax et Tisias, qui florissaient peu de temps après l'expulsion des tyrans de Syracuse et d'Agrigente et lorsque Démocrite était passé à peine de l'adolescence à l'âge viril. Selon Apollodore la 80. [immo quatre-vingt-quatrième recte apud Meinersium] Olympiade fut l'époque de la plus grande célébrité de Protagoras: date, selon laquelle il pourrait à la vérité avoir été disciple de Démocrite, mais non selon la relation fabuleuse, qui dit que Démocrite le prit au nombre de ses disciples, lorsqu'il était déjà un homme fait.““ At nobis quidem haec argumentatio non adeo valida videtur, ut labefactari nequeat. Locum Aristotelis, quem significat Meinersius, laudat Diog. Laert. lib. IX. §. 53, ubi haec leguntur: *Καὶ πρῶτος τὴν καλουμένην τύλην, ἐφ' ἧς τὰ φορτία βαστάζουσιν, εὗρεν, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ παιδείας· φορμοφόρος γὰρ ἦν, ὡς καὶ Ἐπίκουρός πού φησιν.* Ex his autem verbis non sequitur, Aristotelem ignorasse, Protagoram Democriti discipulum fuisse, qui huius inventi mentionem facere poterat neque tamen tangere historiolam illam de Protagora baiulo. Deinde nescimus quomodo efficiatur e Platonis Protagora, sophistam eiusdem nominis multo maiorem fuisse Socrate. Saepius quidem ibi significatur fuisse eum sophistarum fere primum; quod omnino esse potuit, nec tamen multo Socrate maior. Iam locum Ciceronis, unde Meinersius didicit floruisse Protagoram ante Coracem et Tisiam, hunc igitur minus recte intellexisse videtur; ita Cicero in Brut. cap. XII: „„Itaque, ait Aristoteles, cum sublatis in Sicilia tyrannis res privatae longo intervallo iudiciis repeterentur, tum primum, quod esset acuta illa gens et controversa natura, artem et praecepta Siculos Coracem et Tisiam conscripsisse; nam antea neminem solitum via nec arte, sed accurate tamen et de scripto plerosque dicere, scriptasque fuisse et paratas a Protagora rerum illustrium disputationes, quae nunc communes appellantur loci. Quod idem fecisse Gorgiam, cum singularum rerum laudes vituperationesque conscripsisset, quod iudicaret

hoc oratoris esse maxime proprium, rem augere posse laudando vituperandoque rursus affligere."" Quodsi haec verba ita interpretari velimus, ut significent, Protagoram scripsisse ante Coracem et Tisiam, videndum est, ne Ciceronem sibi repugnantia dicere cogamus. Illae enim rerum illustrium disputationes, communes loci, singularum rerum laudes vituperationesque, quid aliud sunt nisi via et ars, quarum Cicero modo meminerat? Ut verum fateamur, saepius nos offendit hic Ciceronis locus venitque nobis aliquando in mentem parenthesi includere illa verba: *nam antea neminem solitum via nec arte, sed accurate tamen et de scripto plerosque dicere.* Neque nunc verbis accuratius etiam inspectis nos huius coniecturae poenitet. — Postrema etiam Meinersii verba non probanda videntur: quid enim obstabat, quominus Democritus adultum Protagoram in numero discipulorum reciperet."

De hac inter Meinersium Geeliumque dissensione mihi brevi esse licet, cum de rebus istis quae ad baiulum pertinent ad secundum huius libri caput lectores delegare possim; de Platonis Protagora autem capite V. disputabitur. De Ciceronis tantum loco iisque quae de illo et Geelius et Meinersius observavit quid mihi videatur proferam, cum neuter suam sententiam mihi probarit. Primum enim Geelii interpungendi explicandique ratio a Mansone iam proposita (Vermischte Abhandlungen und Aufsätze pag. 8. et q. seq.), quanquam amplexi sunt praeter alios Ritterus et Prellerus histor. philos. Graeco-Rom. pag. 128, vera esse nequit. Nam si quis diligenter intentoque animo Ciceronis verba perlegerit, rerum illustrium disputationes, singularum rerum laudes vituperationesque, quae postea a Romanis communes appellabantur loci, non easdem dici atque praecepta sive viam et artem, facile is videbit. Aperte enim Gorgiae et Protagorae disputationes et Antiphontis similia quaedam conscripta opponuntur arti et viae praeceptisque Coracis et Tisiae. Sunt enim illae disputationes a Protagora ceterisque, qui eandem docendi rationem tenebant, de universalibus quibusdam argumentis ita compositae, ut quibus causae essent agendae illis quasi armis semper paratis uti possent. De locis communibus agetur lib. III.

A quibus prorsus diversae erant Coracis eiusque discipulorum artes, quibus universae eloquentiae praecepta secundum certum quoddam consilium vel systema quod dicitur auditoribus sive lectoribus tradere solebant (Theorie der Beredsamkeit). Quod si quidem ita est, verba *nam antea neminem* — et quae sequuntur nequaquam parenthesi secludenda eodem modo quo quod proxime enuntiatum est *scriptasque fuisse et paratas* — opponuntur iis quae praecedunt *artem et praecepta Siculos Coracem et Tisiam conscripsisse*, atque *antea* etiam ad *scriptasque fuisse et paratas* pertinet. — Totum vero locum minus recte Meinersius ita intelligi voluit, ut inde Protagoram ante Coracem et Tisiam vixisse efficeretur. Syracusani anno 466. Thrasybulo expulso usque ad 406. libera utebantur re publica: idque temporis spatium eloquentiae est quasi natale factum. Pacis enim, inquit Cicero, est comes otiique socia et iam bene constitutae civitatis quasi alumna quaedam eloquentia. Nam Corax, qui iam apud Gelonem Hieronemque tyrannos auctoritate valuerat, etiam in posterum cunctum populum regere hominumque animos ad suum flectere arbitrium voluit. Quod ut posset, opus erat eloquentia, qua civibus suam semper causam probaret. Ita eloquentiae studio totum se dedit, moxque magister discipulos multos sibi ascivit, in quibus primus erat Tisias. Qui quum Syracusis Thuriisque aliquantum temporis et docuisset et artem suam in litibus forensibus maxime exercuisset, anno 427. cum Gorgia Leontinorum legato Athenas venit, ipse tunc primus iustam eloquentiae artem illuc transferens: antea enim Protagorae locis communibus ad orationes componendas Athenis usi erant *). Quo factum est, ut, cum Graecis Tisias eloquentiae auctor esset, Corax vero tantum per Tisiam discipulum iis innotuisset, artis inventorem modo Tisiam modo Coracem modo Coracem et Tisiam nominarent, nec quicquam saepe intersit, alteruterne solus an ambo a veteribus memorentur.

*) Videas de Corace et Tisia Spengelium *συναγωγῆς τεχνῶν* pag. 24. et q. seqq., Walzii Rhetor. Graec. tom. IV. pag. 11. et q. seqq., tom. VI. pag. 12. et q. seqq.; tom. VII pag. 6, locosque quos attulit Stallbaumius ad Plat. Phaedr. pag. 267. A.

Ut unum afferam, ipse Cicero (si quidem est Cicero) de Invent. lib. II. cap. II. §. 6. Tisiae tribuit quod Coraci tribuendum erat, illum principem atque inventorem artis nominans, qui re inventoris fuit discipulus. Et Aristoteles verbis quidem, qualia a Cicerone perhibentur, antequam Corax et Tisias eloquentiae artem condidissent, scriptas fuisse ait Protagorae rerum illustrium disputationes: sin autem necessarium spectas sensum, hic est: communes illos locos Protagorae in Graecia exstitisse et in usu fuisse, donec Tisiae nova arte Athenas ex Sicilia translata illi obsolessent. Quae explicatio eum neque Protagorae aetati repugnat, tum eo quoque firmatur, quod Cicero nequaquam ipsa Aristotelis verba in sermonem Latinum vertisse putandus est: apud Graecum vera sententia fortasse verbis accuratius conceptis expressa erat.

Geelii quoque disputatio copiosius, quam ipsa digna est, erat tractanda, ne in posterum essent qui illum auctorem sequerentur, ut Winckelmannus proleg. ad Plat. Euthyd. pag. XXXIX. et Stallbaumius disput. de Euthydemo Platonis pag. 63. et 64.

§. 3.

In Ephemeridum Litter. Ienens. 1809. tom. I. pag. 167. Boeckhius Protagoram olympiade nonagesima quarta vitam posuisse dicit Diogenis Laertii auctoritate nixus, qui lib. IX. §. 56. secundum Apollodorum floruisse illum circa olympiadem octogesimam quartam memoriae prodiderit. Iam cum anno tricesimo aetate maxime viguerint Graeci, quo etiam potissimum uxores ducere sint soliti, Appollodori verbis sophistam indicari olympiade octogesima quarta annum egisse tricesimum; quoniamque septuaginta per annos in vivis fuerit, mortuum esse nonagesima quarta. *Ἀκμάζειν (Πρωταγόραν) κατὰ τὴν τετάρτην καὶ ὀγδοηκοστὴν ὀλυμπιάδα* Diogenis verba sunt a Boeckhio indicata. Ubicunque vero viri alicuius doctrina arteve excellentis *ἀκμῆς* tempus a veteribus memoratur, non de certo quodam aetatis anno cogitare licet, sed de eo tempore, quo ingenii vigore cum maxime ille floruerit, id quod alii alio aetatis gradu contingat necesse est. Ita

Suidas de Apollonio Tyaneo: *Ἤκμαζε μὲν ἐπὶ Κλαυδίου καὶ Γαΐου καὶ Νέρωνος καὶ μέχρι Νέρβα.* Quo ἀκμήν non aetatis florem esse apparet, sed ingenii. Atque hoc de Boeckhii computatione sufficiat.

§. 4.

Attamen in idem fere tempus etiam alii inciderunt. Anno enim circiter 400. Protagoram diem obiisse putat Clinto. Nam quod Car. Fr. Hermannus loco ad finem §. 1. indicato decessisse ait sophistam ex Clintonis ratione anno 404, vir ille doctissimus nonnisi ipsas Fastorum tabulas, non vero appendicis tabulis adiunctae caput XXI, quod est de philosophis et historicis et oratoribus, inspexit. In tabulis quidem apud Clintonem ad a. 444. haec leguntur: „Melissus, Parmenidis et Heracliti discipulus, floruit. Laert. IX. 24. — Item Protagoras. Laert. IX. 56. — Ex hac ratione circiter 404. obierit aliquot annis ante Socratis mortem. Sed de difficultatibus, quae in Protagorae morte notanda se offerunt, v. Append. c. XXI. Athenis sedem habebat 422. cfr. a. 422.“ Appendicis vero in caput XXI. disputatiunculam inseruit, quae ad hunc finem redit: „Fortasse tutissimum est statuere Protagoram paulo ante quam Socratem mortuum esse et circiter decem annis maiorem fuisse quam Democritum patronum eius“, quem et ipse anno 460. natum esse statuit. Quandoquidem vero anno primo olympiadis nonagesimae quintae, qui est ante Chr. nat. 400, vel secundum Clintonis rationem Thargelione anni 399. Socrates venenum bibere coactus est, Herbstii, qui circa idem tempus et Socratem et Protagoram mortuos esse dicit (vid. §. 5.), et Clintonis sententiae paullulum dumtaxat a Boeckhiana discrepant. Atque ita quidem Clinto pag. 377. ed. Krueg. annot. c:

„Protagoram — natum esse statueris circiter 470, ut decem annis maior fuerit Democrito, qui eum in libris suis memoraverat. Laert. IX. 42: (*Δημόκριτος*) *μέμνηται* [*δὲ καὶ*] *τῆς περὶ τοῦ ἑνὸς δόξης τῶν περὶ Παρμενίδην καὶ Ζήνωνα, ὡς κατ' αὐτὸν μάλιστα διαβεβοημένων· καὶ Πρωταγόρα τοῦ Ἀβδηρίτου, ὃς ὁμολογεῖται κατὰ Σωκράτην γεγονέ-*

ναι. Protagoras Democritum audivisse traditur a Laert. IX. 50: *Διήκουσε δὲ — Δημοκρίτου*. Philostr. vit. sophist. I. 10: *Δημοκρίτου ἀκροατὴς οἴκοι ἐγένετο*. De qua re quae accuratius exposuit Epicurus, iis non repugnant quae de eius aetate tradita sunt. Athen. VIII. p. 354. C: —. Laert. IX. 53: —. Suidas: —. Videtur Democritus summo loco Abderis natus Protagorae, qui inferioris conditionis erat, ingenium perspexisse perspectumque aluisse et fovisse, licet ipse annis minor esset."

Clinto igitur Protagoram anno 470. natum statuit, decem annis Democrito maiorem: idque, quia Democritus Protagorae in libris suis mentionem faciat, hic autem illius feratur auditor. Quibus ex indiciis qua necessitate alterum altero maiorem fuisse efficiatur, equidem ego non perspicio. Ut de fabellis tandem desinam monere lectorem iam saepius monitum, quidni hominum, qui eodem anno nati sunt, alter alterum scriptis memorare sententiasque suas cum illo communicare potuerit? Et, si quidem alter altero maior est faciendus, cur ipsis decem annis, quidni quinque, quindecim, viginti? Nam quodsi forte quae in tabulis ad annum 444. exhibuit tacitus hoc loco respiciat, nihili esse illud „Ex hac ratione circiter 404. obierit" §. 5. demonstrabitur.

In mortis tempore definiendo dubitationibus fluctuat, neque quo se inclinet Clintonis scit animus. Nec Diogenis nec Platonis verba neque Timonis sillus apud Sextum Empiricum adv. Math. lib. IX. §. 57. memoratus quicquam ei conferunt ad tantas expediendas difficultates. Apud Laertium enim lib. IX. §. 54. accusatum dici sophistam non quadringentis viris rem publicam administrantibus, sed tantummodo fuisse accusatorem ex illorum numero. Quod recte observatum esse §. 1. monui. Platoni vero, qui Men. pag. 91. E Socratem Protagorae superstitem indicet, ob ipsius in eiusmodi rebus negligentiam nullam esse fidem. Insuper refelli Platonem a Timone: quanquam Clinto ne huic quidem credit. De utroque loco nos disseremus paragrapho quae proxime sequitur. Quod denique Protagorae mors in Ixione Euripidea memoretur (Diog. Laert. lib. IX. §. 55.), testimonium videri nimis leve, si quidem etiam Socratis mortem in Palamede Euripidem respexisse

mentiti sint grammatici. Quare acquiescit tandem in verbis illis supra citatis: „Fortasse tutissimum est statuere, Protagoram paullo ante quam Socratem mortuum esse et circiter decem annis maiorem fuisse quam Democritum.“ Quod unde collegerit Clinto haud satis perspicitur, cum veterum locos contempserit omnes. Videtur de anno 470. ἐγγὺς ἑβδομήκοντα deduxisse, id quod non male factum esset, si illum esse annum natalem re vera demonstrasset. Sed hoc ipsum cum quo nitatur non habeat, etiam quod inde consectarium fecit nihili esse apparet.

§. 5.

Novissimam de Protagorae et vita et placitis quaestionem instituit Lud. Ferd. Herbstius libro pag. 5. commemorato: quam putes eandem esse optimam, si praeceptorem eius Petersenium in praefatione loquentem audieris. Qualis num sit iam videamus. Haec fere Herbstii est de Protagorae aetate expositio pag. 89. et q. seqq.:

„Eusebius et Syncellus anno olympiadis octogesimae quartae secundo, qui est ante Christum 443, Protagoram floruisse aiunt. Quum vero chronographi ἀκμῆς tempus semper id dicant, quo quis sive dicendo sive agendo primum inclaruerit, Protagoram anno 443. aut primum Athenas venisse statuendum videtur, aut, quo etiam magis excelluerit, Thurinis leges scripsisse (Diog. Laert. lib. IX. §. 50.). Quod ut facere posset, necesse erat ut anno 443, quo Thurii conditi sunt, Athenis versaretur, cum novis colonis Athenae essent constitutae quo omnes convenirent.“ (Pag. 89. et 90.) — „Quodsi igitur anno 443. florere incepit, mortuus est circa annum 403: nam Plato Men. pag. 91. B [immo E] plus quadraginta annos exercuisse eum dicit artem sophisticam.“ (Pag. 96.) — „Sed quadraginta annorum numerus nimis incertus esse videtur, iamque graviora afferam argumenta. Una enim cum Socrate vel paullo post decessit secundum Timonis sillographi locum apud Sextum Empiricum adv. Phys. lib. IX. §. 56. [immo adv. Math. lib. IX. §. 57.] nobis servatum. At vero cum tali scriptori temporum negligentia tribui possit, gravior testis

est Plato Theaet. pag. 171. D. Nam verbis οἴχοιτο ἀποτρέχων cavillatur Protagorae fugam, quae ut Socratis constantiae animique fortitudini in morte obeunda ab illo ostensae summa cum vi opponatur, Protagoram et Socratem eodem fere tempore mortuos esse non possum non credere.“ (Pag. 97.) — „Huc accedit, quod Protagoras haud facile impietatis accusari potuit neque condemnari anno 404. Critia tyrannorum principe, in quem idem eodem iure cecidisset iudicium: neque anno 403, cum rei publicae turbae omnium animos tenerent occupatos. Quod autem Diog. Laert. lib. IX. §. 54. a Pythodoro, uno ex quadringentis, Protagoram accusatum esse dicit, eo nihil indicatur, nisi annum inter 412, quo expulsi sunt, et 403, quo redierunt quadringenti, sophistam non condemnatum esse: ipsis vero regnantibus illis Pythodorum accusasse non efficitur ex Diogene.“ (Pag. 98. et 99.) — „Neque et lites intendisse et reos condemnasse eidem quadringenti viri videntur, quamvis violentum regnum eorum fuerit. Ixio autem, qua Protagorae mortem respexisse Euripidem e Philochoro audimus (Diog. Laert. lib. IX. §. 55.), post mortem poetae ab ipsius filiis interpolata, Philostratus vero scholiastarum more finxisse putandus est, quod scripsit in vita Protagorae: Νήσους δὲ ἐξ ἠπείρων ἀμείβων καὶ τὰς Ἀθηναίων τριήρεις φυλαττόμενος πάσαις θαλάτταις ἐνεσπαρμένας κατέδυ πλέων ἐν ἀκατίῳ μικρῷ. Quod si verum esset, Protagoras mari submersus esset iam anno 415: nam paullo post hunc annum Atheniensibus principatus maritimus extortus est, ut Protagorae postea ab illorum navibus nihil cavendum fuisset. Quod autem Philostratus indicta re Protagoram condemnatum esse narrat, eo minime Hermocopidarum tempus indicatur; sed, si quidem verum est, ita est intelligendum: Protagoram, ubi primum accusatus esset, de causa sua desperantem solum vertisse et absentem esse condemnatum, qui ipse iam fuga sese condemnasset.“ (Pag. 100. et 101.) — „Mortis igitur anno 400. constituto natalem ponimus 490, quia ex Platonis Prot. pag. 317. C viginti fere annis Socrate maiorem fuisse Protagoram manifesto apparet. Quod confirmatur a Diogene lib. IX. §. 55: Ἔνιοί φασι κατὰ τὴν ὁδὸν

τελευτῆσαι αὐτὸν βιώσαντα ἔτη πρὸς τὰ ἐνενήκοντα. Platonis enim testimonium Men. pag. 91. E et, qui illud verbis satis incertis conceptum exscripsisse videtur, Apollodori apud Diog. Laert. loco modo indicato, a quibus mortuus dicitur septuagenarius, ceteris Platonis locis refelluntur. Illi enim si verum narrarent, anno iam 420. sophista vita defunctus esset, neque per decem olympiades floruisset. A Protagora autem Platonis dialogi cognominis l. l. ipsius annos non in maius augeri indicio sunt verba quae praecedunt: *Καίτοι πολλά γε ἤδη ἔτη εἰμὶ ἐν τῇ τέχνῃ· καὶ γὰρ καὶ τὰ ξύμπαντα πολλά μοί ἐστιν,* quae non cadunt in quadragenarium: nec facile quisquam tricesimo aetatis anno iam perfecisse potest, quae ante quam primum Athenas venisset perfecisse Protagoras ab Epicuro aliisque traditur.“ (Pag. 102. et 103.)

Paucis tantum lineis Herbstii argumentationem adumbravi: longum enim erat locum repetere integrum. Sed quod alicuius momenti sit et in sententiarum nexum conferat, nihil est omissum. Atque iis quae iam moniturus sum tota eius ratiocinatio etiam planior fiet.

Annum quo Thurii conditi sint fuisse 444. Voemelius disputatione de hac re conscripta demonstrare conatus est. Idque C. Fr. Hermanno obversatum esse videtur, cum lib. I. pag. 364. Herbstio errorem imputaret: „Und (Herbst) zieht nun“, inquit, „40 von 443 ab, welches Jahr er, beiläufig erinnert, fälschlich statt 444 für die Gründung von Thurii annimmt.“ Sed a Voemelio hoc non adeo ad lucem erat perductum, ut dubitationi nullus esset locus. Immo rectius quodammodo annum 443. Herbstius statuisse videtur. Nam Ludovicus Schillerus et Theodorus Muellerus disputationibus de Thurinorum rebus conscriptis, quarum utraque in certamine litterario civium academiae Georgiae Augustae anno 1838 praemiis est ornata, in Thuriorum primordia diligenter inquirentes contra Voemelium hoc demonstrarunt, bis colonos deductos esse Thurios, primum archonte Callimacho anno 445, iterum Praxitele anno 443. Vid. Schilleri pag. 11. et q. sqq., Muelleri pag. 5. Sed sive anno 443. sive 444. Protagoras Athenis Thurios profectus sit, eodem anno primum Athenas

illum venisse atque florem eius tunc demum incepisse Herbstio non credam. *Ἤκμαζεν* olympiade octogesima quarta, ait Syncellus pag. 248. A Eusebium secutus. Item Apollodorus apud Diog. Laert. lib. IX. §. 56: *Καὶ ἀκμάζειν κατὰ τὴν τετάρτην καὶ ὀγδοηκοστὴν ὀλυμπιάδα.* Neutrius ex verbis Protagoram olympiade octogesima quarta primum inclaruisse et per octo deinde quae hanc olympiadem insecuta sint lustra ad nonagesimam quartam floruisse colligi potest. Nam si quidem Apollodorus unam ex decem exhibet olympiadem, qua Protagoram floruisse dicit *κατ' ἐξοχήν*, hoc fere tempore quam maxime valuisse illum et ingenii viribus et auctoritatis gloria magis consentaneum est, quam primum inde florem eius cepisse initium. Recentiorum vero chronographorum, qualis Eusebius est et Syncellus, quam levis sit in talibus testimoniis auctoritas, ostendit Frid. Ritschelius Mus. Rhen. 1843. pag. 628. Apte etiam Hermannus monuit pag. 364: „Musste sich Protagoras nicht schon früher an andern Orten Griechenlands ausgezeichnet haben, ehe er Athen zu betreten wagen und dort solchen Einfluss erlangen konnte?“ Nequaquam igitur de anno 443. quadraginta, per quos artem suam exercuerit, deducere satis est ad mortis annum definiendum.

Sed quae hactenus pertractavimus Herbstii argumenta leviora quaedam esse dicit: nunc demum ad graviora nos perventuros esse. Quorum primum ex Timone est sumtum. Attamen ipsi ne hoc quidem per se satis firmum videtur: pag. 96. enim „Es giebt“, inquit, „von Timon einen Sillus auf den Protagoras, in dem er von ihm sagt, dem Giftbecher des Sokrates habe er wol, aber nicht dem Tode entgehen können, einen Ausspruch, nach dem folglich Protagoras entweder mit Sokrates zugleich oder kurz nach ihm müsste angeklagt sein. Zwar liesse sieh hier leicht, zumal bei dem Dichter, ein Anachronismus annehmen; doch finde ich im Plato selbst eine Stelle, nach der es wenigstens grosse Wahrscheinlichkeit bekommt, dass er zur Zeit des Sokratischen Prozesses angeklagt worden ist. Diese Stelle ist Theaetet. 171. D: *Καὶ εἰ (Πρωταγόρας) αὐτίκα ἐντεῦθεν ἀνακύψειε μέχρι τοῦ αὐχένος, πολλὰ ἂν ἐμέ τε ἐλέγξας ληροῦντα, ὡς τὸ εἰκός, καὶ σὲ*

ὁμολογοῦντα καταδὺς ἂν οἴχοιτο ἀποτρέχων. Quibus ex verbis quum quodammodo demonstrandi vim, quae in sillo insit, repetendam esse dicat, ut Timonis dictum nonnisi illis accedentibus argumenti pondus habeat, iam sillo in praesens omisso Platonis loco quantopere Herbstii causa iuvetur videamus. Verba *οἴχοιτο ἀποτρέχων* inepte posita esse ait nisi Plato aliam quandam rem cavillatus sit, fugam Protagorae, ignavi si cum Socrate conferatur, qui forti animo mortem oppetierit omnia expeditae fugae adiumenta aspernatus. Hactenus cum Herbstio consentire possum: sed ultra progredi non debebat: iam enim locus suam habet explicationem. At hic pedem sistere ideo non licuit Herbstio, quia is est locus, quo, ut ita dicam, tota eius de mortis anno sententia nititur. Quam ad confirmandam cum in simplice illa explicatione nihil inveniatur, etiam novi aliquid accederet necesse erat. Pulcheriorem scilicet esse loci sententiam aptioremque comparationem, si uterque eodem tempore vel Protagoras paullo post mortuus sit. Minime quidem se negare, etiam ex priore illa explicatione idoneam esse verborum *οἴχοιτο ἀποτρέχων* sententiam: sed hanc, quam ipse proponat, multo esse commodiorem. Quod quam sit argutissimum quis est quin videat? Si ad *οἴχοιτο ἀποτρέχων* intelligendum lectoribus Protagorae fugae meminisse opus erat, quidni hoc potuerint Socrate aliquanto post Protagoram mortuo? Immo equidem ex hoc Theaeteti loco sententiam efficio Herbstianae prorsus contrariam, quam §. 7. explicatam videbis. Etiam ultra progrediens Hermannus ullam omnino inesse cavillationem negavit pag. 364: „In der Stelle des Theaetet können wir mit aller Anstrengung auch nicht die geringste Anspielung auf Socrates Tod und Protagoras Gleichzeitigkeit mit demselben entdecken.“ Nobiscum consentit etiam Kayserus Philostr. edit. pag. 202: „Nihil probant reliqui loci quos Herbstius affert, Sext. Emp. adv. Phys. lib. IX. §. 56. et Plat. Theaet. 171. D.“ En habes Theaeteti locum, a quo in cetera Herbstii argumenta probandi vis pondusque redundet, scilicet ipsum hac virtute destitutum. Quid nunc sillo fiet, quo parum demonstrari posse Herbstius confessus est nisi accedente Platonis auctoritate?

Si quis de Timonis dicterio cum Herbstio consentiens quid mihi videatur requirat, legat §. 7, ubi etiam Apologiae Socratis locus, quem Herbstius nonnisi sua adhibita de Protagorae morte sententia intelligi posse arbitratur, paucis tractabitur. — De anno 403. autem, quo Protagoram condemnari potuisse negat, nemo unquam cogitavit nisi Herbstius: neque anno 404. Protagoram mortuum esse nunc quisquam credit. Clinto enim, qui in tabulis illud posuerat, in appendice revocavit: et Stallbaumius, cuius ex praefatione ad Platonis Protagoram pag. 17. Herbstius haec affert verba: „Protagoras senex grandi aetatate, quem olymp. 94. anno primo mortuum esse constat“, semel iterumque palinodiam cecinit: velut disputat. de Euthydemo Platonis pag. 63. et 64, proleg. ad Theaetet. pag. 10, annotat. ad Menon. pag. 91. E. Eis enim locis anno 410. decessisse sophistam sibi videri ait Freretum Geeliumque auctores nominans. Ceterum si quis illud statuere vellet, Critias certe non obstaret: nam hominem sceleratissimum ac perditissimum quis credat religioni sibi duxisse, eiusdem aliquem criminis accusare quod ipse in se admisisset? — Deinde ab anno 412. ad 403. Herbstius quadringentos viros Athenis esse potuisse negat. Quid si anno demum 411. dominatum sunt aggressi? Quod quando factum sit Dodwellus in Annalibus Thucydideis (Dukeri edit. Thucyd. ad finem adiect. pag. 117.) recte exposuit. Calliae archontis anno, qui primus fuit olympiadis nonagesimae alterius, exeunte, sive vere anni 411. imperium eorum institutum est. Sed ea in re Dodwellus erravit, quod una cum Callia archonte etiam optimates illos magistratum deposuisse statuit: cum, id quod iam Clinto monuit Fast. Hell. a. 411, auctor vitarum decem oratorum pag. 833. D Theopompo archonte hoc factum esse memoriae tradat: *Ἐπὶ Θεοπόμπου ἄρχοντος, ἐφ' οὗ οἱ τετρακόσιοι κατελύθησαν.* Theopompus Calliae archonti successit. Abierunt ergo quadringenti magistratu olympiadis alterius et nonagesimae anno secundo, postquam per quattuor menses anni ante Chr. n. 411. regnum tenuerunt: conf. Harpocrat. s. v. *τετρακόσιοι· Οἱ τετρακόσιοι πρὸ ἑπτὰ ἐτῶν κατέστησαν τῶν τριάκοντα τυράννων παρ' Ἀθηναίοις, οἵτινες τέτταρας*

μῆνας ἦρξαν τῆς πόλεως, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ. Cui sententiae cum ceteri loci omnes, quos Fritzschius Aristoph. Thesmophor. editionis pag. 308. congessit, vel non obstent vel etiam firmitatem addant, quid Droysenium commoverit, ut in praefatione ad Thesmophoriazusarum interpretationem vernaculam pag. 229. duo tantum per menses quadringentos imperasse statueret, equidem non perspicio. De quadringentis viris egerunt praeter alios, qui occasione oblata historiam eorum tetigerunt, van Spaanius sive, ut volunt, Ruhnkenius dissertat. de Antiphonte oratore in Reiskii Orator. Graec. tom. VII. pag. 815. et q. sqq., Kruegerus in commentationum critic. et histor. de Thucydidis historiarum parte postrema cap. VII. pag. 362. et q. sqq. editionis Dionysii Halicarnassensis, et Guil. Wattenbachius de quadringentorum Athenis factione, Berol. 1842. — Etiam minus vero intelligo, cur pulsis demum triginta tyrannis anno 403. qui quadringentorum dominationis participes fuissent Athenas redire potuisse Herbstius opinetur. Qui ex quadringentis solum vertere coacti erant, iis anno 404. certe in patriam redire licuit. Nam formidolosam triginta virorum tyrannidem non novam fuisse, sed eandem illam anno 411. oppressam tunc resurrexisse nemo non videt. Atque omnino falsum est, quod per spatium inter utramque tyrannidem interiectum omnes qui quadringentorum imperii participes fuissent exilio vel morte puniti vel *ἄτιμοι* facti esse a nonnullis dicuntur. Immo illius quadringentorum factionis socii, quae Aristocrate et Theramene ducibus contra ceterorum libidinem et iniurias civium vitas et libertatem defendere conabatur, quaeque, cum exercitum illis parum favere compertum esset, brevi tempore incrementum cepit haud exiguum: eorum igitur, aio, haud ita iniqua sors fuisse videtur. Quod et Theramenis historia in vulgus nota et ceterorum apparet, quorum nonnullos post annum 411. publicis muneribus functos esse constat: ut unum memorem, Aristocratem, qui praetor fuit olympiade nonagesima tertia: vid. Xenoph. Hell. lib. I. cap. 4. §. 21; cap. 5. §. 16; cap. 6. §. 29. Prae ceteris hoc planissime demonstravit Wattenbachius pag. 65: „Quadringentis enim ipsa dominatio fraudi

non fuit: immo qui cum Theramene et Aristocrate steterant in magno honore habiti sunt [5]); omnibus autem rationes reddendae fuerunt [6])“ et q. seqq. Ipsius scriptoris numeris indicavi, quo pertineant quas in margine subiunxit annotationes haece: „[5]) Itaque rei postea aiebant, se cum Theramene et Aristocrate coniunctos fuisse: v. Lys. c. Eratosth. 62. ss. Contra crimini erat, si quis Phrynichi amicus fuerat: Lys. p. Pol. 11. — Illi postea non semel praetura functi sunt. Aristocratis laudes v. ap. Demosth. c. Theocrin. p. 1343.“ — „[6]) Ut ex oratione pro Polystrato apparet, quae nisi tam misere mutila esset, magnam lucem his rebus affunderet“ et q. s. — „Multos CD virorum absolutos esse dicit Lysias ib. 14.“ — Iam vero nihil impedit, quominus in iis, qui cum Theramene et Aristocrate steterunt, Pythodorum quoque fuisse putemus, qui Protagoram accusasse fertur: aliunde enim prorsus est ignotus. Nam eundem esse Pythodorum Isolochi filium, Diogenem vero solita negligentia patris nomen addidisse falsum, Scheibio quidem (Die oligarch. Umwälzung zu Athen pag. 66.), sed neque Wattenbachio (vid. pag. 44.) neque mihi persuasit Bergkius comment. de com. att. ant. pag. 100. Ut ex quadringentorum rebus nulla Herbstii argumentationi exoriatur comprobatio. — Quae denique attulit ad Philochori Philostratique locos confutandos, adeo levia sunt, ut ad Hermanni censuram, qui vanitatatem eorum notavit, delegare vix opus sit lectorem. „Paullo post annum 415. Athenienses principatum maritimum amiserunt et mare Aegeum navibus eorum vacuum erat“! Quum anno 413. classis in Siciliam missa Syracusis interiisset, Alcibiade duce, postquam cum civibus in gratiam rediit, Atheniensium vires maritimae revixerunt. Vix ullo alio bello non modo tot pugnas navales eodem temporis spatio commiserunt, sed etiam tot victorias maritimas reportaverunt, quot illa belli Peloponnesiaci parte, quae quadringentorum dominationem insecuta est. Quid res ab Alcibiade in Hellesponto praeclare gestas, quid nobilem illam pugnam ad Arginussas pugnatam memorem? Prope Aegos flumen demum Atheniensium vires maritimae infractae sunt.

Talibus rationibus postquam anno 400. Protagoram deces-

sisse demonstrare conatus est, annum quo natus sit 490. hoc modo efficit. Protagoras apud Platonem dialogi cognominis pag. 317. C auditores inque iis etiam Socratem ita alloquitur: Οὐδενὸς ὅτου οὐ πάντων ὑμῶν καθ' ἡλικίαν πατὴρ ἂν εἴην. Inde Herbstius colligit pag. 101: „Ergo viginti fere annis Protagoras Socrate maior habendus est.“ Quod temerius est conclusum. Etiamsi enim Protagorae dictum ad verba premendum esset, nequaquam illud esset consectarium: nam Athenienses admodum iuvenes, saepissime multo viginti annis minores, uxores ducere solebant. Tum vero accedit, quod Protagoras, si quidem unquam omnino eiusmodi quid elocutus est (id quod ego valde dubito: immo talia sophistam Plato dicentem fecisse videtur, ut mores eius lectorum animis perspicuos proponeret), veri modum aliquatenus excessit, quippe qui apud Platonem omnibus in rebus superiorem se ceteris atque praestantiorem glorietur. Etiam Petersenius, qui discipuli inventa alioqui magnopere laudare solet, in hac argumentatione adeo offendit, ut ad pag. 101. hanc adiiceret annotationem: „Das folgt nicht nothwendig, da man sich in Griechenland mitunter schon im vierzehnten Jahre verheirathen mochte, was man allerdings voraussetzen muss, wenn man die Verurtheilung des Protagoras 415 setzt. Doch braucht man die Worte des Sophisten wohl nicht so genau zu nehmen, da mit dieser Ansicht sich nicht nur die Angabe des Philostratus, sondern auch alle übrigen besser vereinigen. Demnach wäre er, angenommen dass er neunzig Jahre alt ward, 505 geboren, 443 nach Thurii gegangen, 432 nach Athen zurückgekehrt, 415 entflohen und gestorben.“ De nova hac Petersenii ratione, quanquam quantae sit levitatis neminem fugit, §. 6. paucis exponam. Miror vero cum Herbstio consentire Astium, qui libri de Platonis vita et scriptis editi in margine pag. 75. hanc exhibet sententiam: „Nach dem Menon 91. E starb Protagoras im siebenzigsten Jahre, was dem bestimmten Zeugnisse des Plato Protag. 312. C widerspricht.“ Quod cum pag. 312. C, quam Astius citavit, ne littera quidem indicatum sit, typothetae errore pag. 312. C pro pag. 317. C scriptum videbatur etiam Geistio pag. 7. Sed refellunt Astium,

Herbstium, Peterseniuṃ Plato Men. pag. 91. E: *Πρωταγόρας δὲ ἄρα ὅλην τὴν Ἑλλάδα ἐλάνθανε διαφθείρων τοὺς συγγιγνομένους καὶ μοχθηροτέρους ἀποπέμπων ἢ παρελάμβανε πλέον ἢ τετταράκοντα ἔτη. οἶμαι γὰρ αὐτὸν ἀποθανεῖν ἐγγὺς καὶ ἑβδομήκοντα ἔτη γεγονότα, τετταράκοντα δὲ ἐν τῇ τέχνῃ ὄντα· καὶ ἐν ἅπαντι τῷ χρόνῳ τούτῳ ἔτι εἰς τὴν ἡμέραν ταυτηνὶ εὐδοκιμῶν οὐδὲν πέπαυται.* — et Apollodorus apud Diog. Laert. lib. IX. §. 56: *Ἀπολλόδωρος δέ φησιν ἑβδομήκοντα, σοφιστεῦσαι δὲ τετταράκοντα ἔτη, καὶ ἀκμάζειν κατὰ τὴν τετάρτην καὶ ὀγδοηκοστὴν ὀλυμπιάδα.* Proxime praecedunt verba: *Ἔνιοι κατὰ τὴν ὁδὸν τελευτῆσαι αὐτὸν βιώσαντα ἔτη πρὸς τὰ ἐνενήκοντα.* Quorum *ἐνίων* auctoritatem, quamvis nullis aliorum veterum scriptorum testimoniis confirmatam, (nisi forte scholiastam veteribus annumerare volueris ad Plat. Reip. lib. X. pag. 600.C hoc adnotantem: *Ἐτελεύτησε ναυαγήσας ἐτῶν ἐνενήκοντα*), Herbstius quidem illis ducit potiorem: ego Platoni et Apollodoro auctoribus *ἐνίους* istos et scholiastam posthabere non dubito. Nam si quis omnino, Plato aequalis sophistae famosissimi res noverat. Nec locus talis est, quo Plato ob certam quandam causam temporum rationes neglexisse dici possit. Sunt profecto haud ita pauca indicia, quibus appareat Platonem, quippe qui non id egerit, ut res suo ordine narraret, sed ut, quarum personarum in singulis dialogis primae partes essent, earum mores atque ingenia accurate et ex vero efficta lectorum animis proponeret, graviori huic consilio tempora adaptare interdum religioni non duxisse. Sed non eadem est huius loci conditio, quo Plato nudis verbis ingenue profert de Protagorae aetate quid sibi innotuerit. Ceterum si Plato hic numerum sive maiorem vero sive minorem dicere voluisset, magis in rem fuisset augere quam minuere: ut, si iam Platonis tempore alii septuaginta annos natum e vita philosophum cessisse tradidissent, alii nonaginta, posterioribus sine dubio Plato assensisset. — At enim verbis incertis utitur. — Sunt verba quodammodo incerta: *οἶμαι*, Socrates inquit, *αὐτὸν ἀποθανεῖν*, non *ἀπέθανε.* Sed quis Platonem sophistae in primis aetatis illius ingenio et doctrina excellentis vitae spatium adeo ignorasse putet, ut

errorem ei viginti annorum imputare audeat? Neque omnino ex loco de quo agitur hoc colligi potest. Non enim ipse Plato *οἶμαι* ait, sed Socratem hac loquendi forma usum facit: ipse rem satis certo tenebat. Apollodorum vero non Platonis locum exscribere satis habuisse, sed etiam alios pervestigasse scriptores inde apparet, quod non tantum Platonis de Protagorae aetate testimonia, sed etiam quae aliorum invenerat, litteris mandavit. Quoscunque igitur consuluit auctores, aut in septuaginta annis consenserunt, aut ita discreparunt, ut Apollodoro, cui sine graviore causa fidem derogare non licere constat, illud videretur veri simillimum. — Sed singulare aliquid affert Herbstius, cur Platoni hoc loco credi nequeat: pugnantia scilicet illum loqui. „Denn", inquit pag. 102, „sollte Protagoras nur das Socratische Alter erreicht haben, so müsste er schon um 420 zu den Todten gegangen sein: eine Annahme, die sich wiederum mit jener seiner vierzigjährigen Blüthe auf keine Weise verbinden lässt. Dass ich aber in den Worten des Protagoras, er könne der Vater des Socrates sein, keine Uebertreibung finde, das ist schon durch die früheren Stellen genugsam gerechtfertigt, und auch besonders noch durch die kurz vorhergehenden Worte: er habe schon viele Jahre seine Kunst getrieben; auch seien seiner Jahre im Ganzen schon viele; welche Bemerkung wol schwerlich ein vierzigjähriger Mann von sich gemacht haben könnte. Berücksichtigen wir hiezu, was er nach sichern Angaben des Epikur, die von andern mehrfach wiederholt sind, schon vor seiner ersten Ankunft in Athen alles gemacht und begonnen hatte, so kann es uns keineswegs annehmlich scheinen, diese manigfachen Betreibungen seines früheren Lebens in die Zeit eines dreissigjährigen Mannes zusammenzudrängen." Quae difficultates quomodo nostra de Protagorae aetate sententia ex Platonis dialogo omnes tollantur, capite V. sophistae vitam enarrantes ostendemus.

Herbstius quam copiosissime sententias suas explicavit, ut ampla sit copia, si quis hanc quaestionis nostrae partem, quae in Herbstii rationibus refellendis versatur, dilatare voluerit: quanquam severus ille sed idem sincerus eius libelli

censor, Car. Frid. Hermannus, vix quicquam quod magni momenti esset omisisse videtur. Quare ego quoque ne nimis essem multus in aliorum sententiis illustrandis ea tantum argumentationis Herbstianae capita examinavi, quibus quasi fundamentis imposita tota continetur. Herbstius id potissimum egisse videtur, ut res novas in lucem proferret: cui studio suo malo nimium indulsit.

§. 6.

Mirum in modum factum est, ut Herbstius viros duo pereruditos in errores induceret. Pag. 100. enim ita argumentatur: „Philostratus im Leben des Protagoras: Νήσους δὲ ἐξ ἠπείρων ἀμείβων καὶ τὰς Ἀθηναίων τριήρεις φυλαττόμενος πάσαις θαλάτταις ἐνεσπαρμένας κατέδυ πλέων ἐν ἀκατίῳ μικρῷ — demzufolge Protagoras, weil gleich später die Athenienser die Seeherrschaft verloren, mit durch die Hermokopidenverfolgungen (415) sein Schicksal erreicht haben müsste.“ Qua in re quantopere Herbstius lapsus esset superiore paragrapho ostendi. Petersenio autem id adeo persuasit, ut hic re vera anno 415. mortuum Protagoram statueret addens: „Da mit dieser Ansicht sich nicht nur die Angabe des Philostratus, sondern auch alle übrigen besser vereinigen.“ Anno 505. ergo natum, 415. mortuum dicit. Sed quam nihili sit ista ratio ipse sentiens satis caute adiicit: „Doch gebe ich gerne zu, dass diese Rechnung nicht viel fester begründet ist.“ Primum enim nunquam in eam incidisset, nisi fractas esse paullo post annum 415. Atheniensium vires maritimas Herbstius commentus esset. Tum contra dicunt Plato et Apollodorus, auctores gravissimi, Protagoram septuaginta tantum annos vixisse, cuius rei aliqua ex parte Lucianus quoque testis est in Macrobiis Protagoram non memorans. Conf. C. Fr. Hermannus l. l. pag. 365. Ne plura: Petersenii sententia difficultatibus quas tollere vix possis impedimur.

Nihilominus Kayserus Philostr. vit. sophistarum pag. 202. in eandem fere it sententiam: „Pythodorus erat in quadringentis teste Diog. Laert. lib. IX. §. 54. Inde tamen non efficitur, quod Herbstius vult, Protagoram demum Ol. 94. 2,

403 *) obiisse; nimirum Pythodorum, antequam in quadringentorum senatum legeretur, sophistam reum fecisse arbitror. Quod si ita se habet, fides conciliatur Philochoro (apud Diog. Laert. lib. IX. §. 55.): *Πλέοντος αὐτοῦ ἐς Σικελίαν τὴν ναῦν καταποντισθῆναι, καὶ τοῦτο αἰνίττεσθαι Εὐριπίδην ἐν τῷ Ἰξίονι*, nec cogitandum de interpolatione Euripideae tragoediae." Cum hominem, qui quadringentorum imperii particeps fuerat, posteriores scriptores etiam de rebus sive ante sive post annum 411. ab illo gestis dicentes hoc nomine accuratius significare potuerint, ex Diogenis *Κατηγόρησε δὲ αὐτοῦ Πυθόδωρος Πολυζήλου εἷς τῶν τετρακοσίων* ipsis imperantibus quadringentis Protagoram accusatum esse non consequi praeter alios iam a Geistio pag. 9. monitum est: ut cum Frereto in Diogenis verba eam inferre sententiam, quae interpretatione Ambrosiana expressa est, non licere planissime appareat. Atque ita praeter alios Schleiermacherus quoque Platon. Interpret. Germ. ed. II. tom. I. pag. 221. et Siebelisius Philochori fragmentorum editionis pag. 89. hoc Diogenis loco temerius usi esse videntur. Quod vero Geistius eodem loco nihilominus ipsum 411. mortis annum statuit, quia post eversam quadringentorum dominationem, quum alii capitis damnati, alii Attica expulsi, alii *ἄτιμοι* facti sint, nullus eorum causas agere potuisse videatur; sin autem Protagoram ante imperium quadringentorum obiisse ponamus, novis implicemur difficultatibus, quum natalis eius annus nimis longe recedat: ea partim falsa sunt partim vera. Quod enim, quominus ante quadringentorum imperium sophistam mortuum statuamus, gravibus nos impediri argumentis ait, id verum esse modo ipsi vidimus. Sed haud ita paucos ex quadringentorum numero post annum 411. Athenis versatos esse et vel civitatis iura exercuisse §. 5. demonstratum est. Quod cum et Geistium et Herbstium Kayserumque fugeret, ne in eo temporis spatio, quod annis 411. et 404. (nam Herbstium negligentius 412. et 403. dixisse nunc taceo) definitur, Protagoram mortuum ponerent,

*) Non anno 403. sed 400. ex Herbstii ratione Protagoras mortuus est; vid. §. 5. Idem error irrepsit in Orellii Onomasticon Tullianum s. v. Protagoras.

Geistius ipsum 411, Herbstius 400, Kayserus cum Petersenio 415. statuerunt, quo diem ille supremum obiisset.

M. H. E. Meierum quid induxerit ut (Attisch. Process. pag. 303. et Erschii Gruberique Encyclop. s. v. Diagoras) in olympiadis nonagesimae primae annum primum, ante Chr. 416, Protagorae mortem referret, dispicere non possum. Nullum enim addidit computationis suae argumentum. Harlesius ad Fabricii Biblioth. Gr. vol. II. pag. 629. et Mullachius pag. 10, olympiadis nonagesimae tertiae anno secundo mortuum statuentes, Corsinum, quem auctorem secuti sunt, negligentius inspexerunt. Corsinus enim tom. III. pag. 139. ante olympiadis nonagesimae tertiae annum secundum Protagoram mortuum esse ex Philochoro apparere dicit, qui Euripidem in Ixione sophistae mortem cavillatum esse memoriae prodiderit.

§. 7.

Ex eis, quae hactenus de Protagorae aetate disseruimus, difficillimum esse apparet certi aliquid statuere. Multi quidem veterum loci huc pertinentes inveniuntur, hi vero adeo discrepantes, ut quinam sint eligendi et ad extricanda Protagorae tempora adhibendi maxime dubites. Summa igitur cum cautione rebus, quas ex vita eius compertas habemus, omnibus animo perpensis quae veterum testimonia mihi quidem videantur fide maxime digna iam paucis enarrabo.

Socratis aequalem fuisse Protagoram et Diogenes Laertius tradit (lib. IX. §. 42: *Καὶ Πρωταγόρα τοῦ Ἀβδηρίτου, ὃς ὁμολογεῖται κατὰ Σωκράτην γεγονέναι*) et cum a reliquis omnibus affirmetur, tum Platonis dialogis certissime apparet. Atque superstitem fuisse Protagorae Socratem vix negari poterit. Apud Platonem enim Socrates sophistam compluries indicat mortuum. Menonis locus pag. 91. E, quo Socrates, quanquam Protagoras vel septuaginta annos vivendo expleverit artemque exercuerit plus quadraginta, tamen per totum illud spatium ne hilum quidem de fama eius deminutum esse testatur, iam aliquoties hac disputatione in testimonium vocatus est. Item Theaeteti verbis pag. 171. D, unde Herbstius eodem utrumque tempore obiisse collegit, ego colligi posse

negavi, id potius, si quid omnino, efficitur, Protagoram, quo tempore Socrates hoc colloquium habuisse fingatur, iam fuisse in mortuis: vocibus *ἀναδύς* et *καταχύψειε* enim sophistam undis submersum indicari planum est. Neque cur eodem dialogo colloquii participem Plato induxerit Protagoram mortuum dispicitur, nisi eum re vera tunc iam in mortuis fuisse statuamus. Nam si etiam vixisset, quid Platonem quominus ipsum vivum loquentem faceret impedire potuit, eoque induxit, ut causam eius ut mortui alii vivo oratori agendam traderet? Cfr. pag. 164. D et E: *ΣΩ. Καὶ οὕτω δὴ μῦθος ἀπώλετο ὁ Πρωταγόρειος, καὶ ὁ σὸς ἅμα ὁ τῆς ἐπιστήμης καὶ αἰσθήσεως, ὅτι ταὐτόν ἐστι. ΘΕΑΙ. Φαίνεται. ΣΩ. Οὔ τι ἄν, οἶμαι, ὦ φίλε, εἴπερ γε ὁ πατὴρ τοῦ ἑτέρου μύθου ἔζη, ἀλλὰ πολλὰ ἂν ἤμυνε· νῦν δὲ ὀρφανὸν αὐτὸν ἡμεῖς προπηλακίζομεν. καὶ γὰρ οὐδ' οἱ ἐπίτροποι, οὓς Πρωταγόρας κατέλιπε, βοηθεῖν ἐθέλουσιν, ὧν Θεόδωρος εἷς ὅδε. ἀλλὰ δὴ αὐτοὶ κινδυνεύσομεν τοῦ δικαίου ἕνεκ' αὐτῷ βοηθεῖν. ΘΕΟ. Οὐ γὰρ ἐγώ, ὦ Σώκρατες, ἀλλὰ μᾶλλον Καλλίας ὁ Ἱππονίκου τῶν ἐκείνου ἐπίτροπος· ἡμεῖς δέ πως θᾶττον ἐκ τῶν ψιλῶν λόγων πρὸς τὴν γεωμετρίαν ἀπενεύσαμεν. χάριν γε μέντοι σοι ἕξομεν, ἐὰν αὐτῷ βοηθῇς. ΣΩ. Καλῶς λέγεις, ὦ Θεόδωρε· σκέψαι οὖν τήν γ' ἐμὴν βοήθειαν.* Atque ita Socrates Protagorae mortui eiusque *μύθου ὀρφανοῦ* patronum agit per magnam dialogi partem. Huc pertinet etiam Euthyd. pag. 286. C: *Πῶς, ἔφην, ὦ Διονυσόδωρε, λέγεις; οὐ γάρ τοι ἀλλὰ τοῦτόν γε λόγον πολλῶν δὴ καὶ πολλάκις ἀκηκοὼς ἀεὶ θαυμάζω. καὶ γὰρ οἱ ἀμφὶ Πρωταγόραν σφόδρα ἐχρῶντο αὐτῷ καὶ οἱ ἔτι παλαιότεροι.* Sillus vero Timonis, quo Protagoram aut una cum Socrate aut paullo post obiisse planum fieri Herbstius ait, nisi poetae temporum negligentia vel anachronismus quem dicunt imputandus sit, apud Sext. Empir. adv. Math. lib. IX. §. 57. ita legitur:

Ὡς καὶ μετέπειτα σοφιστῶν
οὔτ' ἀλιγυγλώσσῳ οὔτ' ἀσκόπῳ οὔτ' ἀχυλίστῳ,
Πρωταγόρῃ· ἔθελον δὲ τέφρην συγγράμματα θεῖναι,
ὅττι θεοὺς κατέγραψ' οὔτ' εἰδέναι οὔτε δύνασθαι
ὁπποῖοί τινές εἰσι καὶ οἵτινες ἀθρήσασθαι,

πᾶσαν ἔχων φυλακὴν ἐπιεικείης· τὰ μὲν οὖν οἱ χραίσμησ', ἀλλὰ φυγῆς ἐπεμαίετο, ὄφρα μὴ οὕτως Σωκρατικὸν πίνων ψυχρὸν πότον Ἄϊδι δύη.

Verba ultima si quis ut Herbstius urgens ita explicaret: „In fugam se dedit, ne venenum bibere cogeretur, uti Socrates veneno esset interemtus": post Socratem quidem Protagoram mortuum diceret Timo, minime vero, id quod Herbstius voluit, eodem illum atque Socratem anno e vita cessisse. Sed et quominus Protagoram Socratis superstitem faciamus, omnibus temporum rationibus impedimur, neque ullus unquam vir doctus praeter Herbstium de ea re cogitavit; nec denique sillo hoc indicatur. Impietatis causa in ius vocatus supplicium exilio effugisse dicitur. Quod ne poeta nudis verbis, quae solutae orationis essent, enarraret hisce: „In fugam se dedit ne veneno periret", quum eiusdem criminis accusatus Socrates haud ita multo post veneno interemtus esset, lepida quadam cavillatione, quae est sillorum natura, pro *venenum* posuit *potum Socraticum.* Cfr. Hermannum pag. 364.

Restat ut de Platonis Apologiae loco quodam, quem nonnisi sua de mortis anno sententia explicari posse Herbstius arbitratur, paucis exponamus. Pag. 98. enim ita disserit: „Und so bekommt zugleich eine andere Stelle in der Apologie (pag. 19. cap. IV.) einige Erläuterung, wo Socrates, als er sich von dem Wissen und der Arroganz der Sophisten lossagt, unter diesen den Protagoras nicht mit namhaft macht, der doch am meisten die Vorwürfe verdient hätte, die den andern vom Socrates gemacht werden. War Protagoras neben dem Socrates, wenn, wie wir wissen, auch nicht in demselben Gerichte, ein Angeklagter, so war es ganz klug vom Plato gethan, nicht durch die Erinnerung an diesen viel weniger frei zu sprechenden Sophisten, mit dem aber Socrates nun die gleiche Lage gemein hatte, auf die Sache des zu Vertheidigenden ein schlechtes Licht zu werfen. Der gemeine Verstand konnte nur zu leicht die verschiedene Sache beider verwechseln, und den Sophisten mit dem Weltweisen in Eine Kategorie stellen." Immo si Plato ne Socrates cum Protagora componeretur cavere voluit sophistam omittens, eo

nostra potius sententia probatur. Gravior enim erat Socrati Protagorae praetereundi causa in malae sophistae sortis memoria, ergo post mortem illius, quam antea dubio etiam iudicii exitu. Ceterum fortasse nihil eiusmodi in loco inest, sed Hippiam, Gorgiam, Prodicum sophistas tunc etiam vivos memorasse Plato satis habuit, cum Protagoras iam aliquanto temporis antea decessisset. Haec enim ipsius sunt verba: *Ἀλλὰ γὰρ οὔτε τούτων οὐδέν ἐστιν, οὐδέ γ' εἴ τινος ἀκηκόατε, ὡς ἐγὼ παιδεύειν ἐπιχειρῶ ἀνθρώπους καὶ χρήματα πράττομαι, οὐδὲ τοῦτο ἀληθές. ἐπεὶ καὶ τοῦτό γέ μοι δοκεῖ καλὸν εἶναι, εἴ τις οἷός τ' εἴη παιδεύειν ἀνθρώπους, ὥσπερ Γοργίας τε ὁ Λεοντῖνος καὶ Πρόδικος ὁ Κεῖος καὶ Ἱππίας ὁ Ἠλεῖος. τούτων γὰρ ἕκαστος, ὦ ἄνδρες, οἷός τ' ἐστὶν ἰὼν εἰς ἑκάστην τῶν πόλεων τοὺς νέους, οἷς ἔξεστι τῶν ἑαυτῶν πολιτῶν προῖκα ξυνεῖναι ᾧ ἂν βούλωνται, τούτους πείθουσι* et q. seqq. Ergo hic quoque locus tantum abest, ut ad Herbstii sententiam confirmandam faciat, ut testimoniorum quae supra attuli auctoritatis pondus augeat. Conf. Hermanni locum modo indicatum.

Ita quum Protagoram ante Socratem mortuum esse constet, iam progrediendi ad tempus accuratius definiendum potestatem nobis facit Philochorus, qui Euripidem ait Protagorae mortem in Ixione esse cavillatum. Nam quod Socratis mortem ab Euripide in Palamede respectam esse falso memoriae prodiderunt grammatici, ea nulla est causa Philochoro hac in re fidem derogandi. Diog. Laert. lib. IX. §. 55: *Φησὶ δὲ Φιλόχορος, πλέοντος αὐτοῦ ἐς Σικελίαν τὴν ναῦν καταποντισθῆναι, καὶ τοῦτο αἰνίττεσθαι Εὐριπίδην ἐν τῷ Ἰξίονι.* Euripides quoniam anno 407. vel 406. e vita cessit (cfr. Valcken. diatr. Eurip. ad fin. capitis XVIII, Fabric. Biblioth. Gr. vol. II. pag. 235. et q. seq. quaeque Harlesius ad h. l. attulit, Clinton. Fast. Hell. a. 406.), Protagoras ante olympiadem tertiam et nonagesimam mortuus est.

Hac via progressi quum quasi ultro ad quadringentorum tempus ducamur, non possumus quin Diogenis verbis *Κατηγόρησε δὲ αὐτοῦ Πυθόδωρος Πολυζήλου εἷς τῶν τετρακοσίων* iterum meminerimus. Nam quod hoc loco incautius usos esse

alios demonstravi, ullum esse omnino eius usum eo minime est negatum. Qui cum tres admittat interpretandi rationes, prout *εἷς τῶν τετρακοσίων* explices *qui tunc erat in quadringentis* aut *qui eorum numero ante fuerat ascriptus*, aut denique *qui iis ascribebatur postea:* nostrum est eam eligere, quae cum tota Protagorae historia optime conveniat. Omnium vero maxime id cadere in illam, quam primam nominavi quaeque eadem est simplicissima (conf. Hermannum pag. 364.), ita ostendam, ut 411. mortis anno posito ne minimam quidem in Protagorae rebus exponendis difficultatem restare demonstrem. Quae quanquam non talis est argumentatio, qua firmior exhiberi nequeat: nam id tantum assequi volumus, quod quominus verum dicamus nihil sit quo impediamur: tamen num de hac re, nisi novis detectis fontibus, certius quidquam excogitari possit eo magis ego dubito, quum etiam veterum testimoniis et hac paragrapho et supra commemoratis nostra sententia confirmetur. Quam ut eis quoque quae sequuntur lectoribus probem, Protagorae vitam ita enarrabo, ut anno 411. mortuum statuam, et, id quod inde consectarium est, nam paene septuagenarium obiisse ex Platonis Apollodorique testimoniis pag. 56. et 57. demonstravimus, natum anno circiter 480.

CAPUT V.

Protagoras igitur, ut quae adhuc consecuti sumus ex superioribus capitibus repetita comprehendam, circa annum 480. patre Maeandrio Abderis natus est. Ex priore eius vitae parte nihil omnino compertum habemus. Quod multi scriptorum a Democrito philosophum ex baiulo factum narrant, ad fabulas pertinet.

Dicendi facultate inter Abderitas adeo excelluit, ut iam Abderis, si fides Aeliano, *Λόγος* appellaretur: Var. Hist. lib. IV. cap. 20: *Ὅτι οἱ Ἀβδηρῖται ἐκάλουν τὸν Δημόκριτον Φιλοσοφίαν, τὸν δὲ Πρωταγόραν Λόγον.* Scholiastae verba ad Plat. Reip. lib. X. pag. 600. C: *Καὶ πρῶτος λόγους ἐριστικοὺς εὗρε, καὶ μισθὸν ἔπραξε τοὺς μαθητὰς μνᾶς ἑκατόν, διὸ καὶ ἐπεκλήθη Λόγος* depromta esse videntur ex Suida s. v.

Πρωταγόρας· Πρῶτος δὲ οὗτος τοὺς ἐριστικοὺς λόγους εὗρε καὶ — μισθὸν ἔπραξε τοὺς μαθητὰς μνᾶς ἑκατόν, διὸ καὶ ἐπεκλήθη Λόγος ἔμμισθος. Phavorinus vel Diogenes potius rem pervertisse videtur lib. IX. §. 50: *Διήκουσε δὲ ὁ Πρωταγόρας Δημοκρίτου ἐκαλεῖτό τε Σοφία, ὥς φησι Φαβωρῖνος ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ.* Quod quanquam refellitur eis testimoniis, quibus *Λόγος* Protagorae, *Σοφία* Democrito cognomina indita esse affirmatur (Suidas s. v. *Δημόκριτος*: *Ἐπεκλήθη δὲ Σοφία ὁ Δημόκριτος.* Clem. Alex. Strom. lib. VI. pag. 631. D: *Δημόκριτος δὲ ἐκ τῆς τῶν μεταρσίων παρατηρήσεως πολλὰ προλέγων Σοφία ἐπωνομάσθη* —: minus recte enim Aelianus l. l. *Φιλοσοφίαν* dicit) — nihilominus ego Diogenis verba mutare nolim: vereor enim, ne scriptori potius quam librario culpa sit imputanda.

Maxime vero et fama et doctrina profecturum sese intellexit, si Athenas adiisset litterarum artiumque domicilium Pericle tunc rei publicae gubernaculum tractante virorum doctorum fautore gravissimo. Graeciae urbes peragrans tantas sibi peperit laudes, ut sub annum 451. Athenis artem sophisticam profiteri auderet. Primus is Graecorum philosophus mercedem a discipulis exigebat: Plat. Prot. pag. 349. A: *Σύ γ' ἀναφανδὸν σεαυτὸν ὑποκηρυξάμενος εἰς πάντας τοὺς Ἕλληνας σοφιστὴν ἐπονομάσας σεαυτὸν ἀπέφηνας παιδεύσεως καὶ ἀρετῆς διδάσκαλον πρῶτος τούτου μισθὸν ἀξιώσας ἄρνυσθαι.* Diog. Laert. lib. IX. §. 52: *Οὗτος πρῶτος μισθὸν εἰσεπράξατο μνᾶς ἑκατόν.*

Brevi tempore Protagoras Athenis adeo inclaruerat, ut scholis eius, quibus et de rerum natura disserebat et praecepta grammatica atque rhetorica discipulis tradebat, interfuisse plerique iuvenum antiquissimum ducerent. Vid. de Protagorae scholis lib. IV. cap. I. Atque mox ingenio suo tantum apud Periclem valebat, ut anno 445, quo Athenis coloni Thurios proficiscebantur, dignus haberetur qui Thurinis leges scriberet. Callimacho enim archonte primam, Praxitele alteram Atheniensium coloniam, cuius Lysias et Herodotus participes fuere, Thurios deductam esse supra expositum est. Charondae quidem legibus usos esse Thurinos omnes consentiunt

veteres scriptores: conferas Diod. Sic. lib. XII. cap. XI. §. 3. et 4, Val. Max. lib. VI. cap. V. ext. §. 4, schol. ad Plat. Reip. lib. X. pag. 599. E. Charondam vero cum multo ante Thurios conditos vixisse constet, ipse vivus Thurinis leges scribere non potuit, sed longo temporis spatio postea leges, quas Chalcidicis civitatibus ille condiderat, a Thurinis receptae sunt: ita quidem, ut a Protagora emendarentur et Thurinorum rebus temporibus indoli adaptarentur. Luculenter hoc exposuit Muellerus pag. 44, qui Periclis auspiciis Protagoram hoc munere functum esse pag. 51. bene observavit. Pericles certe et coloniae auctor habendus est, et arta consuetudine erat cum sophista coniunctus: vid. Plut. Per. cap. XXXVI. tom. I. pag. 172. A: *Τὸ δὲ μειράκιον ὁ Ξάνθιππος ἐπὶ τούτῳ χαλεπῶς διατεθεὶς ἐλοιδόρει τὸν πατέρα, πρῶτον μὲν ἐκφέρων ἐπὶ γέλωτι τὰς οἴκοι διατριβὰς αὐτοῦ καὶ τοὺς λόγους οὓς ἐποίει μετὰ τῶν σοφιστῶν. πεντάθλου γάρ τινος ἀκοντίῳ πατάξαντος Ἐπίτιμον τὸν Φαρσάλιον ἀκουσίως καὶ κατακτείναντος, ἡμέραν ὅλην ἀναλῶσαι μετὰ Πρωταγόρου διαποροῦντα, πότερον τὸ ἀκόντιον ἢ τὸν βαλόντα μᾶλλον ἢ τοὺς ἀγωνοθέτας κατὰ τὸν ὀρθότατον λόγον αἰτίους χρὴ τοῦ πάθους ἡγεῖσθαι.* Schillerus quidem pag. 49. Protagoram Thurinis leges scripsisse ideo in dubium vocat, quod et graviore teste egeamus, et secundum Bergkium commentatt. de reliquiis com. Attic. antiqu. pag. 101. Protagoras post defunctum demum Periclem Athenas reliquisse videatur. Sed cum Heraclidi Pontico (Diog. Laert. lib. IX. §. 50: *Καθά φησιν Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἐν τοῖς περὶ νόμων, ὃς καὶ Θουρίοις νόμους γράψαι φησὶν αὐτόν*) auctori et vetustate et doctrina excellenti, quanquam multa praeter veritatem finxisse dicitur, ceterorum scriptorum veterum nullus hac in re contradicat, immo rebus quae de Protagora nobis innotuerunt omnibus testmonium eius confirmetur, Schillerus frustra dubitasse videtur. Bergkius enim quo iure illud statuerit iam intelligetur. Quae Schillerus respicit verba eius haec sunt: „Fuerit autem Protagoras certe usque ad illud tempus Athenis commoratus, quo exitiosus iste morbus graviter afflixit omnem civitatem. Coniicias hoc vel ex egregio illo fragmento, quod

est apud Plut. Consol. ad Apoll. cap. XXXIII, in quo Protagoras Periclis in gravissimis rerum adversarum tempestatibus constantiam atque magnanimitatem ita expressit, ut ipsum arbitrum interfuisse satis appareat.“ Sed ex Plutarchi verbis (tom. II. pag. 118. D): *Περικλέα δὲ τὸν καὶ Ὀλύμπιον προσαγορευθέντα διὰ τὴν περὶ τὸν λόγον καὶ τὴν σύνεσιν ὑπερβεβλημένην δύναμιν, πυθόμενον ἀμφοτέρους αὐτοῦ τοὺς υἱοὺς μετηλλαχέναι τοῦ βίου Πάραλόν τε καὶ Ξάνθιππον, ὥς φησι Πρωταγόρας εἰπὼν οὕτως· „Τῶν γὰρ υἱέων νεηνιῶν ὄντων καὶ καλῶν, ἐν ὀκτὼ δὲ ταῖς πάσῃσι ἡμέρῃσι ἀποθανόντων, νηπενθέως ἀνέτλη· εὐδίης γὰρ εἴχετο ἐξ ἧς πολλὸν ὤνητο κατὰ πᾶσαν ἡμέρην εἰς εὐποτμίην καὶ ἀνωδυνίην καὶ τὴν ἐν τοῖς πολλοῖς δόξαν· πᾶς γάρ τίς μιν ὁρῶν τὰ ἑωυτοῦ πένθεα ἐρρωμένως φέροντα μεγαλόφρονά τε καὶ ἀνδρεῖον ἐδόκει εἶναι καὶ ἑωυτοῦ κρείσσω, κάρτα εἰδὼς τὴν ἑαυτοῦ ἐν τοιοῖσδε πράγμασι ἀμηχανίην.“ — τοῦτον γὰρ εὐθὺς μετὰ τὴν προσαγγελίαν ἀμφοτέρων τῶν υἱέων οὐθὲν ἧττον ἐστεφανωμένον κατὰ τὸ πάτριον ἔθος καὶ λευχειμονοῦντα δημηγορεῖν βουλάς τε ἐξάρχοντα ἀγαθὰς πρός τε τὸν πόλεμον ἐπιπαρορμῶντα τοὺς Ἀθηναίους.* — his igitur ex verbis Protagoram ipso quidem tempore illo, quo pestilentia omnem afflixit civitatem, Athenis commoratum esse efficitur: sed *usque ad illud tempus* semper cum Atheniensibus eum fuisse atque eorum in urbe se continuisse nequaquam in loco inest. Geelius pag. 77. pro Protagorae nomine scriptum fuisse Pythagorae ab Heraclide Pontico arbitratur eiusdem erroris exemplum afferens Bruckeri Hist. crit. phil. tom. I. pag. 1202, qui a Philostrato permutatum esse Democritum cum Pythagora dixerit ipse permutans Pythagoram cum Protagora. Sed nemini hanc emendationem probavit, quam vel ob temporum rationem ferri non posse monuit Brandisius Hist. philos. tom. I. pag. 525. Conf. Muellerus pag. 50. — Nequaquam vero aliena erat Protagorae doctrina a rebus publicis. Immo disciplinam suam eo contineri totam profitebatur, ut iuvenes et res domesticas bene gerere et rem publicam administrare doceret. Atque ipse de re publica librum composuit insignem aliumque de antiquissima rerum publicarum ratione (vid. lib. IV. cap. III.). Adeoque

hoc nomine celebratus erat, ut Crito libro suo alicui inscriberet *Πρωταγόρας ἢ Πολιτικός* (Diog. Laert. lib. II. §. 121.). De hac igitur re nihil est quod dubitemus.

Quod ad leges Thurinis scribendas electus a Pericle cum colonis in Italiam missus est, certum est indicium, iam illo tempore Protagoram doctrinae et acuminis fama quam maxime viguisse, ut Apollodorus tradit apud Diogenem lib. IX. §. 56, Eusebius Chron. Ol. LXXXIV. a. 2. et Syncellus Chronogr. pag. 248. A: neque vero, id quod Herbstius nobis persuadere conatus est, circa olympiadem quartam et octogesimam vigorem eius primum demum cepisse initium. In hanc aetatem etiam Hippiae *ποτέ* cadere videtur Plat. Hipp. mai. pag. 282. D: *Ἀφικόμενος δέ ποτε εἰς Σικελίαν Πρωταγόρου αὐτόθι ἐπιδημοῦντος καὶ εὐδοκιμοῦντος.* Atque cum ipso illo tempore in Sicilia eloquentiae ars recens condita floreret, non dubito quin eo libentius Protagoras munus a Pericle sibi mandatum susceperit vel fortasse ut mandaretur impetraverit, ut Gorgiae et Tisiae, quorum tunc maxime florebat inter Siculos fama, praeceptorum particeps fieret. Ipse enim iam antea quidem eloquentiam docuerat discipulos, sed non ad unam quandam certam rationem, ut Corax Tisiasque: locos communes et rerum illustrium laudes vituperationesque scripserat, quibus qui orationes haberent uterentur. Cfr. Cic. Brut. locum pag. 41. et q. seqq. tractatum.

Circa annum 435. Athenas revertisse videtur. Quam sententiam erunt fortasse qui mirentur: neque certissimam ego atque firmissimam aio esse, sed adeo probabilem, ut vix multum a vero differre possit. Eadem est haec quaestio atque illa, quo tempore dialogus qui Protagoras est inscriptus a Platone habitus fingatur, cum paucis diebus antea Protagoram iterum Athenas venisse ipso hoc dialogo diserte indicatum sit: vid. pag. 309. D: *ΕΤ. Ὦ τί λέγεις; Πρωταγόρας ἐπιδεδήμηκεν; ΣΩ. Τρίτην γε ἤδη ἡμέραν.* — Per postremam Periclis vitae partem arta eius societate ac familiaritate Protagoram usum esse ex loco quem modo laudavi manifesto apparet, Plut. Consol. ad Apoll. cap. XXXIII. Anno 429. igitur Athenis fuit: hoc enim anno et filii ambo et pater pestilentia sunt abrepti. In

dialogo autem de quo quaeritur et Pericles vivus et filii praesentes memorantur, ut dialogi tempus non post 429. ponendum sit: vid. pag. 314. E: *Ἐπειδὴ δὲ εἰσήλθομεν, κατελάβομεν Πρωταγόραν ἐν τῷ προστώῳ περιπατοῦντα· ἑξῆς δ' αὐτοῦ συμπεριεπάτουν ἐκ μὲν τοῦ ἐπὶ θάτερα Καλλίας ὁ Ἱππονίκου καὶ ἀδελφὸς αὐτοῦ ὁμομήτριος Πάραλος ὁ Περικλέους καὶ Χαρμίδης ὁ Γλαύκωνος, ἐκ δὲ τοῦ ἐπὶ θάτερα ὁ ἕτερος τῶν Περικλέους Ξάνθιππος.* et pag. 319. E: *Ἀλλ' ἰδίᾳ ἡμῖν οἱ σοφώτατοι καὶ ἄριστοι τῶν πολιτῶν ταύτην τὴν ἀρετὴν ἣν ἔχουσιν οὐχ' οἷοί τε ἄλλοις παραδιδόναι· ἐπεὶ Περικλῆς ὁ τουτωνὶ τῶν νεανίσκων πατὴρ τούτους, ἃ μὲν διδασκάλων εἴχετο, καλῶς τε καὶ εὖ ἐπαίδευσεν, ἃ δὲ αὐτὸς σοφός ἐστιν, οὔτε αὐτὸς παιδεύει οὔτε τῳ ἄλλῳ παραδίδωσιν.* Cfr. etiam p. 329. A. Huc aliud accedit indicium. Hippocrates, iuvenis Atheniensis, pag. 301. E: *Ἐγὼ γάρ*, inquit, *ἅμα μὲν καὶ νεώτερός εἰμι, ἅμα δὲ οὐδὲ ἑώρακα Πρωταγόραν πώποτε οὐδ' ἀκήκοα οὐδέν· ἔτι γὰρ παῖς ἦ, ὅτε τὸ πρότερον ἐπεδήμησεν.* Inter Hippocratem puerum, qui philosophorum disputationibus interesse nondum potuit, et iuvenem, qualem se apud Platonem gerit, decem fere annos si praeterlapsos esse statuas, annus circiter 435. evadit, quo Protagoras iterum Athenas venerit: nam 445. Athenis profectum vidimus.

Aliud Athenaeus tempus sibi finxit, qui lib. V. pag. 218. B—C ita ratiocinatur: Socratis cum Protagora colloquium habitum est post mortem Hipponici, quum Callias hereditatem iam adierat, et tribus quidem diebus post quam Protagoras iterum Athenas venit. Hipponicus, qui cum Nicia ad Tanagram Boeotos vicit, haud ita diu ante Alcaeum archontem sive olympiadis undenonagesimae annum tertium mortuus esse videtur: nam in Eupolidis Assentatoribus, quae hoc anno acta est, Callias ita in scenam inducitur, ut haud ita longo ex tempore divitias paternas tenere videatur. Protagoram vero inter olympiadis octogesimae nonae annum primum et tertium iterum Athenas venisse inde apparet, quod in Amipsiae Conno Isarcho archonte docta in sophistarum choro non memoratur, in Eupolidis Assentatoribus autem praesens in scenam inducitur. Etiam Hippias vero aliique Elei dialogi participes sunt, qui quidem

ante inducias annuas Isarcho archonte factas Athenis esse vix potuerunt: Plato autem dialogum eo tempore habitum ponit, quo induciae recens initae erant. Ita Athenaeus. Qua cum ratiocinatione si contuleris eiusdem verba lib. XI. pag. 505. F: *Ἀλλὰ μὴν οὐ δύνανται Πάραλος καὶ Ξάνθιππος οἱ Περικλέους υἱοὶ τελευτήσαντες τῷ λοιμῷ Πρωταγόρᾳ διαλέγεσθαι ὅτε δεύτερον ἐπεδήμησε ταῖς Ἀθήναις οἱ πέμπτῳ ἔτει πρότερον τελευτήσαντες* —, id quidem satis apparere videtur, ab Athenaeo dialogum referri in ipsum induciarum tempus, in olympiadis igitur octogesimae nonae annum primum vel secundum. Conf. Bergkius lib. I. pag. 103. Quo tempore constituto Athenaeus, ut Platoni diversorum temporum confusionem imputet, ita pergit: *Λέγει γοῦν· „Εἰ γὰρ εἶεν ἄνθρωποι ἄγριοι οἵους πέρυσι Φερεκράτης ὁ ποιητὴς ἐδίδαξεν ἐπὶ Ληναίῳ.“ Ἐδιδάχθησαν δὲ οἱ Ἄγριοι ἐπ' Ἀριστίωνος ἄρχοντος, ἀφ' οὗ ἐστιν ἄρχων Ἀστύφιλος πέμπτος ὢν ἀπὸ Ἰσάρχου, καθ' ὃν αἱ σπονδαὶ ἐγένοντο· Ἴσαρχος γάρ, εἶτ' Ἀμεινίας, μεθ' ὃν Ἀλκαῖος, εἶτ' Ἀριστίων, εἶτ' Ἀστύφιλος. παρὰ τὴν ἱστορίαν οὖν ὁ Πλάτων ἐν τῷ διαλόγῳ εἰς τὰς Ἀθήνας παράγει πολεμίους ὄντας τοὺς περὶ τὸν Ἱππίαν μὴ τῆς ἐκεχειρίας αὐτῆς μενούσης.* Mirum in modum igitur erravit Schleiermacherus lib. pag. 59. ind. pag. 219, qui verum Athenaei sensum in contrarium pervertit: „Ja noch bestimmter, es wird eine Komödie des Pherekrates, die Wilden, als im vorigen Jahre aufgeführt erzählt, welche im letzten Jahre der neun und achtzigsten Olympiade die Lenäen geziert hat. Dieses nun nimmt Athenaios als den festen Punkt an, und beschuldiget daraus den Platon zweier Fehler, dass nämlich der Peloponneser Hippias seit Anfang des Krieges zu keiner anderen Zeit sich habe in Athen aufhalten können, als während des Stillstandes unter dem Isarchos im ersten der neun und achtzigsten —; ferner, dass Platon im ersten der neunzigsten vom Protagoras nicht habe sagen können, er sei erst vor drei Tagen nach Athen gekommen, indem er bereits in dem Lustspiele des Eupolis, die Schmeichler, im dritten der neun und achtzigsten als anwesend aufgeführt werde.“ Sed hanc explicationem, quam Herbstius pag. 90. et q. s. fere amplexus

est, falsam esse apparet. Primum enim ex Athenaei ratione ipso induciarum tempore a Platone Protagorae cum Socrate colloquium factum fingi disertis verbis ipse indicat hisce: *Ὁ δὲ τὸν διάλογον ὑφίσταται γινόμενον περὶ τοὺς καιροὺς τούτους, καθ' οὓς αἱ σπονδαὶ προσφάτως ἐγεγόνεσαν.* Deinde non duo, sed unum tantummodo anachronismum quem vocant Platoni imputat in Pherecratis Agrestium tempore indicando commissum: quippe quae fabula non uno anno ante inducias factas, sed quarto post docta sit. Illis enim Platonis verbis, quae ad Protagorae reditum pertinent, Athenaeus ad dialogi tempus definiendum utitur. Mea denique explicandi ratione Athenaei verba neque in aliam sententiam atque quae inest detorquere cogimur, id quod Schleiermacherus fecit *οὐ πρὸ τοῦ τὰς ἐνιαυσίας συντελεσθῆναι σπονδάς* explicans *„zu keiner andern Zeit als während des Stillstandes“:* neque mutare, ut Herbstius, qui, ut ex Athenaei verbis suam eliceret sententiam, ante *περὶ τοὺς καιροὺς τούτους* inseruit *ο ὐ* et post *ἐγεγόνεσαν ἀλλὰ πολὺ ὕστερον.* Ceterum in hunc errorem inducti esse videntur vulgari verborum distinctione *καθ' οὓς ἐγεγόνεσαν· λέγει γοῦν* —, quasi scilicet sequeretur verborum quae praecedunt explicatio quaedam. Post *ἐγεγόνεσαν* plene interpungendum est.

Athenaeus igitur Protagoram hoc cum Socrate colloquium ex Platonis sententia anno circiter 423. instituisse putat, idque probavit Bergkio (vid. lib. l. pag. 103.). Sed argumenta eius nequaquam adeo sunt firma, ut non facili opera labefactari queant, nedum illis nostra sententia evertatur. Quod enim ad Hipponici mortem attinet (vid. Plat. Prot. pag. 311. A: *Καταλύει δ', ὡς ἐγὼ ἤκουσα, παρὰ Καλλίᾳ τῷ Ἱππονίκου.* et pag. 315. D: *Ἦν δὲ (Πρόδικος) ἐν οἰκήματί τινι, ᾧ πρὸ τοῦ μὲν ὡς ταμιείῳ ἐχρῆτο Ἱππόνικος, νῦν δὲ ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν καταλυόντων ὁ Καλλίας καὶ τοῦτο ἐκκενώσας ξένοις κατάλυσιν πεποίηκεν.*) ex Herbstii sententia (pag. 93.) hoc a Platone fictum est, qua in re ut in speculo cerneretur Calliae mos, qui in philosophis excipiendis immensas profudisset divitias. Atque re vera tali consilio non pauca finxisse Platonem notum est, ut haec sententia minime esset absona, nisi

alia suppeditaretur huius difficultatis expeditio multo facilior. Equidem enim ego ne invenire quidem possum Hipponici mortem in his verbis diserte indicatam. Quasi in sua quidem Callias versatur in Hipponici domo, sed quidni hoc fecerit patre etiam vivo? Atque vix dubium est, quin ob nimis liberam eius cum sophistis vivendi rationem, qua divitias paternas dilapidabat, orta sit Calliae cum patre nimis parco simultas illa, unde Aeschines Socraticus dialogi Calliae nomine inscripti argumentum sumpsisse dicitur ab Athenaeo lib. V. pag. 220. B. Conf. eiusdem lib. VII. pag. 328. E. Quare ad Herbstii explicationem ut refugiamus non opus est. Iam vero cetera Athenaei argumenta nostrae rationi non repugnant. Quod autem de Pherecratis Agrestibus disputat, aut fabulae annum ipse minus recte indicavit, aut, id quod perfacile accidere poterat, bis illa docta est, primum circa annum 436, iterum 421, vel ex Boeckhii computatione Gamelione anni 420. Nam iam anno 438. Pherecratem fabulas docuisse a Meinekio Fragm. Com. Graec. vol. I. pag. 66. demonstratum est. Schleiermacherus pag. 221. et Herbstius, qui pag. 90. et q. seqq. 431. ponit dialogi annum, Agrestium mentione alteram a Platone commissam esse putant temporum confusionem, ut priori illi, quae erat de Hipponici aetate (quam quidem nos nullam esse vidimus) altera adiuncta perfectior esset simulatio. Quod utut est, hac una difficultate, si qua est, nostra argumentatio minime labefactatur, cui etiam alia quaedam addi possunt levia quidem singula, quare omnia exponere nolo, sed quae cum prioribus collata auctoritatis eorum pondus augeant. Socrates enim iuniorem se ipse profitetur, ut pag. 314. B Hippocratem ita alloquitur: *Ταῦτα οὖν σκοπώμεθα καὶ μετὰ τῶν πρεσβυτέρων ἡμῶν· ἡμεῖς γὰρ ἔτι νέοι ὥστε τοσοῦτο πρᾶγμα διελέσθαι.* Quo quanquam iocari Socratem nequaquam me fugit, tamen quadraginta sex fere annos natum Plato vix ita loquentem facere potuerit, sed potuit triginta quattuor fere habentem. Colloquio deinde ad finem perducto pag. 361. E hanc Protagoras de Socrate fert sententiam: *Ἐπεὶ καὶ περὶ σοῦ πρὸς πολλοὺς δὴ εἴρηκα, ὅτι ὧν ἐντυγχάνω πολὺ μάλιστα ἄγαμαι σέ, τῶν μὲν τηλικούτων καὶ πάνυ· καὶ λέγω γε,*

ὅτι οὐκ ἂν θαυμάζοιμι, εἰ τῶν ἐλλογίμων γένοιο ἀνδρῶν ἐπὶ σοφίᾳ. Quibus ex verbis quamvis sophistae magna sui aestimatio ceterorumque despicientia planissime perluceat, nimis tamen inepta esset arrogantia, si quis virum quadraginta sex annorum bonae spei iuvenem diceret. Atque circa annum 435. omni iure Protagoras, qualis quidem a Platone depingitur, se iam multos habere annos affirmare potuit artemque iam diu exercuisse: annum enim tunc egit quadragesimum quintum, et sedecim erant praeterlapsi, ex quo artem suam inter Athenienses exercere inceperat. Itaque hic quoque locus in nostram computationem aptissime quadrat: *Καίτοι πολλά γε ἔτη ἤδη εἰμὶ ἐν τῇ τέχνῃ· καὶ γὰρ καὶ τὰ ξύμπαντα πολλά μοί ἐστιν· οὐδενὸς ὅτου οὐ πάντων ἂν ὑμῶν καθ' ἡλικίαν πατὴρ εἴην* (pag. 317. C). Quin enim gloriabundus se omnium aetate patrem esse posse coram auditoribus iactare religioni non duxerit, etsi unus eorum qui aderant non plus undecim annis minor fuerit, iam nemo dubitet. Nam qui ad id genus sententiam explicandam cum Herbstio Peterseniοque accurate perpendendum censeat, num vicesimo demum anno an iam decimo quarto uxores ducere Graeci soliti sint, is mirum quantum ineptit. Quae denique secundum Epicurum aliosque Protagoram antequam primum Athenas venisset perfecisse Herbstius ait, perficere potuisset ex nostra quoque temporum descriptione, si quid omnino in fabulis istis veri inesset.

Circa annum igitur 435. Italia et Sicilia, ubi maximas laudes adeptus erat, relictis Graeciam repetiit. Sophistarum more omnes adiit urbes clariores magnam discipulorum multitudinem secum ducens, a quibus ingentem pecuniae vim exigebat. Vid. lib. IV. cap. I. Athenis ad Calliam devertit secundum Platonem: quod si non verum, bene certe est fictum ob Calliam in philosophis recipiendis nimium et vere prodigum. Vid. locos lib. IV. cap. II. indicatos. Multum etiam cum Pericle erat, quod ex Plut. Consol. ad Apoll. cap. XXXIII. (tom. II. pag. 118. D) apparet. Qui cum in universum viris doctrina et artibus excellentibus uti soleret, cum Protagora coniunctissime vixisse videtur: ut ei occasio data esset ob-

servandi Periclis animi firmitatem et constantiam in tantis calamitatum tempestatibus. Periclis favor plurimum contulit, ut apud nobilissimos quosque Atheniensium summa Protagoras auctoritate valeret, eorumque usu domestico frueretur: in Euripidis domo, secundum alios in Megaclidis, librum quendam suum recitavisse vel recitandum curasse traditur a Diogene Laertio lib. IX. §. 54.

Inde ab anno 429. usque ad ipsius mortem nihil certi de Protagora innotuit. Nam, quod Kayserus editionis Philostrati pag. 202. eum iam senescentem in Siciliam profectum esse narrat; hoc temerius ille collegit ex Platonis Hipp. Mai. pag. 282. D: *Ἀφικόμενος δέ ποτε εἰς Σικελίαν Πρωταγόρου αὐτόθι ἐπιδημοῦντος καὶ εὐδοκιμοῦντος καὶ πρεσβυτέρου ὄντος πολὺ νεώτερος ὢν* et q. seqq. Quod enim longe iunior erat Hippias Protagora cum in Sicilia essent, inde minime Protagoram senem fuisse consequitur, cum Hippias quam aetatem tunc egerit prorsus ignotum sit. Immo Hippias de tempore pridem praeterlapso loquens illud significare videtur, quo Protagoras legum Thurinis scribendarum causa Athenis profectus in Italia Siciliaque versatus erat. Atque sunt profecto quaedam, quibus per totum illud temporis spatium, quod Periclis inter ipsiusque mortem interiectum est, Protagoram probabile fit Athenis versatum esse. Nihil enim Athenaeum curamus, qui loco supra tractato sophistam olympiadis octogesimae nonae anno primo peregre abfuisse inde coniicit, quod ab Amipsia Conno tunc docta in *φροντιστῶν* choro non memoretur. Nam argumentum cuius haec est forma, ut hoc vel illud quia ab aliquo taceatur ideo omnino non fuisse vel factum esse efficiatur, nisi necessario memorandum fuisse ex ipsius loci conditione apparet, nunquam fere magnam habet probandi vim. Nostrae autem sententiae firmitatis aliquid inde accrescit, quod Protagorae in aliis comoediis circa idem tempus actis magnae sunt partes. In Nubibus, quam Aristophanem docuisse anno 424. Hermannus demonstravit, Protagorae disciplinam perstringi libro III. planum fiet. Item ab Eupolide in primis Assentatorum in scenam inducitur, quae fabula docta est olympiadis octogesimae nonae anno tertio. Circa illud ipsum igitur tempus Protago-

rae Athenis famam fuisse maximam apparet. Quo quum veri simillimum fiat, usque ad annum fere 420. Athenis eum versatum esse, postea quoque senem itinerum pertaesum esse videtur.

De morte Protagorae scriptores paullulum discrepant, in eo quidem consentientes, libello *περὶ θεῶν* scripto, quo nimis liberam de dis prodiderit sententiam, condemnationem eum sibi contraxisse. Cic. Nat. De. lib. I. cap. XXIII. §. 63: „Nam Abderites quidem Protagoras — Atheniensium iussu urbe atque agro est exterminatus librique eius in concione combusti.“ Diog. Laert. lib. IX. §. 51: *Καὶ ἀλλαχοῦ δὲ τοῦτον ἤρξατο τὸν τρόπον· „Περὶ μὲν θεῶν οὐκ ἔχω εἰδέναι οὔθ' ὡς εἰσὶν οὔθ' ὡς οὐκ εἰσίν· πολλὰ γὰρ τὰ κωλύοντα εἰδέναι· ἥ τε ἀδηλότης καὶ βραχὺς ὢν ὁ βίος τοῦ ἀνθρώπου.“* §. 52: *Διὰ ταύτην δὲ τὴν ἀρχὴν τοῦ συγγράμματος ἐξεβλήθη πρὸς Ἀθηναίων· καὶ τὰ βιβλία αὐτοῦ κατέκαυσαν ἐν τῇ ἀγορᾷ ὑπὸ κήρυκα ἀναλεξάμενοι παρ' ἑκάστου τῶν κεκτημένων.* — §. 54: *Πρῶτον δὲ τῶν λόγων ἑαυτοῦ ἀνέγνω τὸν περὶ θεῶν, οὗ τὴν ἀρχὴν ἄνω παρεθέμεθα. ἀνέγνω δὲ Ἀθήνησιν ἐν τῇ Εὐριπίδου οἰκίᾳ, ἤ, ὥς τινες, ἐν τῇ Μεγακλείδου· ἄλλοι, ἐν Λυκείῳ, μαθητοῦ τὴν φωνὴν αὐτῷ χρήσαντος Ἀρχαγόρου τοῦ Θεοδότου. κατηγόρησε δὲ αὐτοῦ Πυθόδωρος Πολυζήλου εἷς τῶν τετρακοσίων· Ἀριστοτέλης δ' Εὔαθλόν φησιν.* — §. 55: *Φησὶ δὲ Φιλόχορος, πλέοντος αὐτοῦ ἐς Σικελίαν τὴν ναῦν καταποντισθῆναι καὶ τοῦτο αἰνίττεσθαι Εὐριπίδην ἐν τῷ Ἰξίονι· ἔνιοι κατὰ τὴν ὁδὸν τελευτῆσαι αὐτόν* —. §. 56: *Ἔστι καὶ εἰς τοῦτον ἡμῶν οὕτως ἔχον·*

Καὶ σεῖ, Πρωταγόρη, φάτιν ἔκλυον, ὡς ἄρ' Ἀθηνῶν
ἔκ ποτ' ἰὼν καθ' ὁδὸν πρέσβυς ἐὼν ἔθανες·
εἵλετο γάρ σε φυγεῖν Κέκροπος πόλις· ἀλλὰ σὺ μέν που
Παλλάδος ἄστυ φύγες, Πλουτέα δ' οὐκ ἔφυγες.

Philostr. pag. 15. ed. Kayser.: *Διὰ μὲν τοῦτο (τὸ ἀπορεῖν φάσκειν, εἴτε εἰσὶ θεοὶ εἴτε οὐκ εἰσί) πάσης γῆς ὑπὸ Ἀθηναίων ἠλάθη, ὡς μέν τινες, κριθείς, ὡς δὲ ἐνίοις δοκεῖ, ψήφου ἐπενεχθείσης μὴ κριθέντι. νήσους δὲ ἐξ ἠπείρων ἀμείβων καὶ τὰς Ἀθηναίων τριήρεις φυλαττόμενος πάσαις θαλάτταις ἐνεσπαρμένας κατέδυ πλέων ἐν ἀκατίῳ μικρῷ.* Cum Ci-

cerone et Diogene congruentes ipsum finibus expulsum librosque eius combustos esse narrant Euseb. Praep. Ev. lib. XIV. cap. 19. (*Τὸν δὲ Πρωταγόραν — Ἀθηναῖοι φυγῇ ζημιώσαντες τὰς βίβλους αὐτοῦ δημοσίᾳ ἐν μέσῃ τῇ ἀγορᾷ κατέκαυσαν*), Minucius Fel. Octav. cap. VIII, Lactantius Ir. De. cap. IX, Ioannes Sarisb. Policr. lib. V. cap. IV. pag. 261. ed. Lugd. Bat. 1639. Conf. Valer. Max. locum lib. II. cap. II. indicatum. Sed morte condemnatum esse dicunt Iosephus c. Ap. lib. II. cap. 37. (*Καὶ Πρωταγόρας, εἰ μὴ θᾶττον ἔφυγε, συλληφθεὶς ἂν ἐτεθνήκει*), Sextus Emp. adv. Math. lib. IX. §. 56. (*Παρ' ἣν αἰτίαν θάνατον αὐτοῦ καταψηφισαμένων τῶν Ἀθηναίων διαφυγὼν καὶ κατὰ θάλατταν πταίσας ἀπέθανε*) Timonem in testimonium vocans, cuius verba vid. pag. 61, Cyrillus c. Iul. lib. VI. pag. 189 D (vid. lib. II. cap. II.). Conf: Plut. Nic. tom. I. pag. 538. F, Eusebii Chron. Ol. LXXXIV. (*Τούτου Ἀθηναῖοι τὰς βίβλους ἐψηφίσαντο καῦσαι*), Ioann. Chrysost. in Pauli ep. ad Corinth. I. hom. IV. cap. 5. (*Καὶ γὰρ Πρωταγόρας — περὶ ἐσχάτων ἐκινδυνεύσεν.*) et Cramer. Anecd. Paris. tom. I. pag. 172: *Εἶτα Πρωταγόραν, Εὐάθλου τινὸς τῶν μαθητῶν συκοφαντήσαντος αὐτόν* — (ubi *μαθητῶν* pro *ἀθλητῶν*, quod est in codicibus, scripsi auctore Friderico Ritschelio).

Quibus ex testimoniis hoc fere modo Protagoras diem obiisse videtur. Librum, qui erat *περὶ θεῶν*, privatim primum cum amicis in cuiusdam eorum domo communicatum, anno 411. in Lyceo recitandum curavit. Euathlus (de quo vid. lib. IV. cap. II.) rem ad Pythodorum Polyzeli filium detulit, qui erat in quadringentis. Quod commode factum est tyrannis, ut causae speciem haberent sophistae divitias occupandi. Pythodoro igitur referente Protagoras impietatis reus factus est. Neque enim tale facinus ab eorum ratione abhorruisse ex Thucydide apparet, qui lib. VIII. cap. 70. alios interemtos fuisse ait, *οἳ ἐδόκουν ἐπιτήδειοι εἶναι ὑπεξαιρεθῆναι*, alios in vincula datos, patria expulsos alios. Protagoras quum de salute sua se periclitari sentiret, mortem fuga evitare decrevit, et Siciliam petens parvae cymbae se commisit, ipsa vero in fuga undis obrutus est. Quadringenti postquam solum vertisse

reum compererunt, absentem condemnarunt, quoque magis iusti iudicii simulatione populum fallerent, libros Protagorae conquisitos publice cremari iusserunt. — De eo tantum dubitari potest, num supplicio an exilio condemnatus sit. Ut posterius verum putem animus meus inclinat: nisi forte Protagoras fuga et morte sua quadringentorum iudicium occupans effecit, ut quanta dignum dicerent poena deliberare iam non opus esset.

Ita Protagoras mortuus est anno 411. paene septuagenarius, postquam quadraginta per annos eximia cum laude artem sophisticam exercuit.

QUAESTIONUM PROTAGOREARUM

LIBER SECUNDUS.

PROTAGORAE PLACITA.

Ex Platonis potissimum, Aristotelis, Sexti Empirici libris Protagorae placita sat certe definiri possunt. Atque cum apud Aristotelem Sextumque ubi Protagoreae sententiae memorentur facile sit ad perspiciendum, quia ubique diserte indicatum est: in adhibendis Platonis testimoniis, quanquam in Theaeteto Protagorae potissimum tractari philosophiam e Platonis verbis compluries tam plane apparet, ut extra omnem ponatur dubitationem, tamen magnopere cavendum est, ne ulterius progressi Protagorea dicamus, quae Socrates, ut sophistam perstringat, ex suo arbitratu atque ratione interdum haud ita sincera ex placitis vere Protagoreis consectaria facit. Quo in genere cum Plato parum sibi temperet, viros doctos saepius in errores induxit.

CAPUT I.

Quo facilius rerum hoc capite tractatarum ordo atque connexus perspiceretur, gravissima Protagorae placita, quibus expositionis tenor et quasi filum continetur, numeris signata ita exhibui, ut, ubicunque fieri posset (vid. lib. IV. cap. III.), ipsius verba servarem.

§. 1.

I. *Τὸ πᾶν κίνησις, καὶ ἄλλο παρὰ τοῦτο οὐδέν.*

Ita Plat. Theaet. pag. 156. A Socrates eam exhibet Protagorae sententiam, quae placitorum eius omnium sit fundamentum, vel, ut ipsius verbis utar, *ἀρχή, ἐξ ἧς πάντα ἤρτηται.* Universum est motio, neque quidquam est praeter motionem. Quibus verbis plane apparet, non materiam qualemcunque sese moventem a Protagora statui ex qua omnia oriantur, sed meram motionem. Qua in re cum Heraclito totus congruit, cuius ignis non est, ut Thaletis aqua, Anaximenis aër, corporeum aliquod omnium rerum principium, sed imago quaedam, qua motio, ex qua omnia gignuntur, quasi manifestatur. Quod enim Sextus Empiricus de Protagora profert Pyrrhon. Hypot. lib. I. cap. 32: *Φησὶν οὖν ὁ ἀνήρ, τὴν ὕλην ῥευστὴν εἶναι, ῥεούσης δὲ αὐτῆς συνεχῶς προσθέσεις ἀντὶ τῶν ἀποφορήσεων γίγνεσθαι,* et alio eiusdem capitis loco: *Λέγει δὲ καὶ τοὺς λόγους πάντων τῶν φαινομένων ὑποκεῖσθαι ἐν τῇ ὕλῃ* — inde nequaquam efficitur, Protagoram materiam qualemcunque dixisse rerum initium: vid. §. 6.

II. *Ἐκ δὲ δὴ φορᾶς τε καὶ κινήσεως καὶ κράσεως πρὸς ἄλληλα γίγνεται πάντα, ἃ δή φαμεν εἶναι οὐκ ὀρθῶς προσαγορεύοντες.*

Theaet. pag. 152. D. — Continua igitur motione et fluxu et virium contrariarum congressu res omnes quas nos sentimus gignuntur. Quum vero fluxus nullus sit finis, etiam rerum creatio est infinita. Nihil enim unquam eo pervenire potest, ut motionis sit expers. Quare nos falso dicere solemus, res *esse;* nam quod semper fit, non est. Ut apud Platonem proxime sequitur:

III. *Ἔστι μὲν γὰρ οὐδέποτ' οὐδέν, ἀεὶ δὲ γίγνεται.*

Protagorae philosophiae fundamenta ex Heracliti placitis desumpta esse et iam apparet et progrediente disputatione etiam planius fiet. Sed hac occasione oblata sententiam, quam priore harum quaestionum libro de Protagorae aetate exposuimus, adminiculum aliquod etiam inde nancisci monemus,

quod Protagorae philosophia ex Heraclitеis potius quam Democriteis fontibus derivanda sit. Nam cum Geelius aliique fabulis istis quae sunt de Protagora baiulo Democritique discipulo fidem haberent, annum quo Protagoras natus esset post Democriti ortum referre cogebantur; quo factum est, ut alii Protagorae aetatem in tempore quod possent recentissimo collocarent, alii Democritum in superiora tempora quam maxime reprimerent, ut neglectis vel certissimis veterum testimoniis fides conciliaretur fabellis. Quas nos nihili facientes Protagoram Democrito viginti annis maiorem statuimus, idque scriptorum locis nixi satis firmis. Atque nunc eo rectius illud fecisse videmur, quo magis Democritea desciplina minime opus esse ad Protagorae philosophiam explicandam apparet.

Quomodo autem ex motione sensus resque sensibiles fiant, iam videamus.

§. 2.

IV. *Τῆς δὲ κινήσεως δύο εἴδη, πλήθει μὲν ἄπειρον ἑκάτερον, δύναμιν δὲ τὸ μὲν ποιεῖν ἔχον, τὸ δὲ πάσχειν. — Τό τέ τινι ξυνελθὸν καὶ ποιοῦν ἄλλῳ αὖ προσπεσὸν πάσχον ἀνεφάνη.*

Theaet. pag. 156. A, 157. A. — Universae motionis duplex est natura, activa et passiva. Alterae enim continui fluxus formae ita se movent, ut in eas, quibuscum congressae sint, vim quandam habeant; hae ipsae vero ita, ut illarum vim patiantur. — Quod quidem ne ita intelligas, ut aliarum rerum semper eam esse putes motionis formam, ut vim habeant, aliarum semper, ut patiantur: sed omnes utriusque motionis participes esse possunt: ut quae in certam quandam rem vim exerceat, cum alia congressa patiens sit. Ita oculus rei, quam ipse videt, vim patitur, ab alio autem homine visus idem in illius oculum vim habet.

V. *Ἐκ δὲ τῆς τούτων ὁμιλίας τε καὶ τρίψεως πρὸς ἄλληλα γίγνεται ἔκγονα πλήθει μὲν ἄπειρα, δίδυμα δέ, τὸ μὲν αἰσθητόν, τὸ δὲ αἴσθησις ἀεὶ συνεκπίπτουσα καὶ γεννωμένη μετὰ τοῦ αἰσθητοῦ. αἱ μὲν οὖν αἰσθήσεις τὰ τοιάδε*

ἡμῖν ἔχουσιν ὀνόματα· ὄψεις τε καὶ ἀκοαὶ καὶ ὀσφρήσεις καὶ ψύξεις τε καὶ καύσεις καὶ ἡδοναί γε δὴ καὶ λῦπαι καὶ ἐπιθυμίαι καὶ φόβοι κεκλημέναι, καὶ ἄλλαι, ἀπέραντοι μὲν αἱ ἀνώνυμοι, παμπληθεῖς δὲ αἱ ὠνομασμέναι. τὸ δ' αὖ αἰσθητὸν γένος τούτων ἑκάστοις ὁμόγονον, ὄψεσι μὲν χρώματα παντοδαπαῖς παντοδαπά, ἀκοαῖς δὲ ὡσαύτως φωναί, καὶ ταῖς ἄλλαις αἰσθήσεσι τὰ ἄλλα αἰσθητὰ ξυγγενῆ γιγνόμενα.

Theaet. pag. 156. A — C. — Congressis igitur ac permistis contrariis motionis formis oriuntur et res sensibiles et sensus, utrique innumeri. Sensus sunt visus, auditus, olfactus, sensus frigoris et caloris, voluptates, tristitiae, cupiditates, timores, ceteri, per quos sive cum corpore sive cum animo sensibile aliquid communicatur. Res autem sensibiles sunt colores, voces, odores, frigus, calor, iucunda, tristia, et quibuscunque praeterea sive corpus sive animus afficitur. Una quaeque res sensibilis simul cum sensu cognato nascitur, ut visus cum colore, auditus cum voce, olfactus cum odore.

Hunc locum Geelius minus recte intellexit. *Αἴσθησις ἀεὶ συνεκπίπτουσα καὶ γεννωμένη μετὰ τοῦ αἰσθητοῦ* pag. 89. interpretatur „sensus qui semper cum sensibili cohaeret.“ Quibus verbis minime expressa est Platonis sententia. Est enim: „sensus, qui semper simul (eodem tempore) excidit sive efficitur atque gignitur cum re sensibili.“ Nequaquam enim pro *γεννωμένη* scribendum est *γενομένη*, ut fecit ille.

VI. *Ταῦτα πάντα μέν, ὥσπερ λέγομεν, κινεῖται, τάχος δὲ καὶ βραδυτὴς ἔνι τῇ κινήσει αὐτῶν. ὅσον μὲν οὖν βραδύ, ἐν τῷ αὐτῷ καὶ πρὸς τὰ πλησιάζοντα τὴν κίνησιν ἴσχει καὶ οὕτω δὴ γεννᾷ, τὰ δὲ γεννώμενα οὕτω δὴ βραδύτερά ἐστιν. ὅσον δὲ αὖ ταχύ, πρὸς τὰ πόρρωθεν τὴν κίνησιν ἴσχει καὶ οὕτω γεννᾷ, τὰ δὲ γεννώμενα οὕτω δὴ θάττω ἐστί· φέρεται γάρ, καὶ ἐν φορᾷ αὐτῶν ἡ κίνησις πέφυκεν.* (Ead. pag. C, D.)

Quibus de verbis omni ex parte male meritus est Geelius falsissima et interpretatione et emendatione proposita: „Haec omnia motu feruntur, qui aut tardus est aut celer.

Quaecunque tarda sunt, tardo motu ad affinia feruntur: et sic tarda gignunt; quaecunque autem celeria sunt, celeri motu ad affinia feruntur, et sic celeria gignunt. — Post verba autem *ὅσον δὲ αὖ ταχὺ* fortasse exciderunt verba *ἐν τῷ αὐτῷ* ex superioribus repetenda" — quo nihil pravius. Sunt enim ita interpretanda: „Haec omnia igitur moventur, alia celerius, tardius alia. Quae tardius, in eodem loco et versus ea quae prope accedunt moventur atque sic gignunt; quaeque sic gignuntur, tardiora sunt. Quae vero celerius, in remotiora moventur atque sic gignunt; quaeque sic gignuntur, sunt celeriora: eorum enim motio talis est, ut non in eodem loco neque versus ea quae prope accedant moveantur, sed ut ipsa per spatium ferantur in remotiora." Nam opponi inter se *ἐν τῷ αὐτῷ τὴν κίνησιν ἴσχει* et *φέρεται γὰρ καὶ ἐν φορᾷ αὐτῶν ἡ κίνησις πέφυκεν* atque item *πρὸς τὰ πλησιάζοντα* et *πρὸς τὰ πόρρωθεν* Stallbaumius ad h. l. recte observavit collatis pag. 181. D et Parmen. pag. 138. B. Ut de *ἐν τῷ αὐτῷ* post *ταχὺ* inserendo cogitari non posse appareat. Neque quae ex his Platonis verbis „affinia" significent ego perspicio. Quam vero Stallbaumius proposuit huius loci emendationem, eam Cornarii restitutioni posthabere non dubito. Cornarius enim a priore *τὰ δὲ γεννώμενα οὕτω δή* librarium aliquem in alterum aberrasse coniiciens orationem effecit concinniorem omnique ex parte perfectiorem, quam Stallbaumius ante *γεννώμενα* nserens *θᾶττον* servata in ceteris codicum lectione.

Sensuum rerumque sensibilium ortus igitur hic est: *Contrariis motionis formis* ita congressis, ut altera ageret, altera pateretur, oriuntur *facultas sentiendi* (*αἴσθησις*) et *qualitas sensibilis* cum facultate illa congrua (*αἰσθητόν*); deinde facultate sentiendi passiva, qualitate sensibili activa illa motionis forma repletur, unde procreantur *sensus* hominis *sentiens* et *res quae sentitur*. — Qualitas sensibilis cum facultate sentiendi congrua est, ut cum visu color, cum auditu sonus.

Quod ad illustrandum Socrates Theaet. pag. 156. D hoc utitur exemplo: *Ἐπειδὰν οὖν ὄμμα καὶ ἄλλο τι τῶν τούτῳ ξυμμέτρων πλησιάσαν γεννήσῃ τὴν λευκότητά τε καὶ αἴσθησιν*

αὐτῇ ξύμφυτον, ἃ οὐκ ἄν ποτε ἐγένετο ἑκατέρου ἐκείνων πρὸς ἄλλο ἐλθόντος, τότε δὴ μεταξὺ φερομένων τῆς μὲν ὄψεως πρὸς τῶν ὀφθαλμῶν, τῆς δὲ λευκότητος πρὸς τοῦ συναποτίκτοντος τὸ χρῶμα, ὁ μὲν ὀφθαλμὸς ἄρα ὄψεως ἔμπλεως ἐγένετο καὶ ὁρᾷ δὴ τότε καὶ ἐγένετο οὔ τι ὄψις ἀλλὰ ὀφθαλμὸς ὁρῶν, τὸ δὲ ξυγγενῆσαν τὸ χρῶμα λευκότητος περιεπλήσθη, καὶ ἐγένετο οὐ λευκότης αὖ ἀλλὰ λευκόν, εἴτε ξύλον εἴτε λίθος εἴτε ὁτονοῦν ξυνέβη χρῆμα χρωσθῆναι τῷ τοιούτῳ χρώματι. — *Ὄμμα* igitur et *ἄλλο τι τῶν τούτῳ ξυμμέτρων*, i. e. oculus et alia motionis forma congrediuntur, cuius quidem formae ea est natura, ut cum oculo ita ut factum est congressa *λευκότητα* gignat. Eorum igitur ex congressu nascuntur *λευκότης* et *αἴσθησις αὐτῇ ξύμφυτος*, quae est *ὄψις*. Iam vero cum *ὄψις πρός*, i. e. a parte *τῶν ὀφθαλμῶν* sive *τοῦ ὄμματος* sese moveat, *λευκότης* vero a parte *τοῦ συναποτίκτοντος τὸ χρῶμα*, i. e. *τοῦ ὄμματι ξυμμέτρου*, quod cum oculo congressum albedinem genuit: altera parte *ὀφθαλμὸς ὄψεως ἔμπλεως γίγνεται καὶ ὁρᾷ δὴ τότε καὶ ἐγένετο ὀφθαλμὸς ὁρῶν*, altera vero *τὸ ξυγγενῆσαν* sive *συναποτίκτον τὸ χρῶμα*, quod est *τὸ τῷ ὄμματι ξύμμετρον, λευκότητος περιεπλήσθη καὶ ἐγένετο λευκόν*.

Res tota plana fiet hoc conspectu cum expositione nostra comparato:

ὄμμα	et	*τὸ ὄμματι ξύμμετρον*	gignunt
ὄψιν	et	*λευκότητα*	

ὄμμα ὄψει repletum	*τὸ ὄμματι ξύμμετρον λευκότητι* repl.
fit	fit
ὄμμα ὁρῶν.	*λευκόν τι.*

Ceterum neque *ὅτι οὖν συνέβη χρῆμα χρωσθῆναι* legendum est, neque *χρῆμα* delendum, quorum alterum Geelius necessarium esse dicit; sed scripsit Plato *ὁτονοῦν συνέβη χρῆμα χρωσθῆναι.* Verbo *ὁτονοῦν*, quod est in codicibus tantum non omnibus, firmatur emendatio codicis E, in quo super *χρῶμα* positum est *χρῆμα*. Notum est *χρῆμα* hoc fere modo cum genitivo coniunctum: vid. praeter locos in edit.

Turic. allatos (Theaet. pag. 209. E, Reip. lib. VIII. pag. 567. E) Matth. Gr. Gr. §. 430. b n), Viger. ed. Herm. pag. 157.

Idem alio exemplo Socrates persequitur Plat. Theaet. pag. 159. C: *ΣΩ. Ὅταν δὴ οἶνον πίνω ὑγιαίνων, ἡδύς μοι φαίνεται καὶ γλυκύς; ΘΕΑΙ. Ναί. ΣΩ. Ἐγέννησε γὰρ δὴ ἐκ τῶν προωμολογημένων τό τε ποιοῦν καὶ τὸ πάσχον γλυκύτητά τε καὶ αἴσθησιν ἅμα φερόμενα ἀμφότερα, καὶ ἡ μὲν αἴσθησις πρὸς τοῦ πάσχοντος οὖσα αἰσθανομένην τὴν γλῶσσαν ἀπειργάσατο, ἡ δὲ γλυκύτης πρὸς τοῦ οἴνου περὶ αὐτὸν φερομένη γλυκὺν τὸν οἶνον τῇ ὑγιαινούσῃ γλώττῃ ἐποίησε καὶ εἶναι καὶ φαίνεσθαι.* — *Τὸ πάσχον* est lingua Socratis sani, ut superiore exemplo erat oculus; *τὸ ποιοῦν* vero est *τὸ τῇ γλώττῃ ξύμμετρον*, talis motionis forma, quae cum lingua Socratis sani *γλυκύτητα* gignere possit. Vid. etiam quae proxime sequuntur pag. 159. D, E.

§. 3.

Ut oculum videntem et rem albam, linguam sapientem et vinum suave oriri ostendimus, sic auris audiens gignitur simul cum re audita, cupiditas simul cum re cupita. Neque ullus sensus per se est, sed fit demum cum re sensibili, quae illum vi sua affecit; neque ulla res sensibilis fieri potest sine sensu cognato. Nihil enim vim habere potest, nisi sit quod vim patiatur; neque quidquam vim pati potest, nisi res alia vim exercens adsit. Nihil ergo est absolute, sed tantummodo quatenus cum alia re congressum vim aliquam aut habeat aut patiatur. Omnia sunt nonnisi *τινός* vel *τινί* vel *πρός τινα* sive *πρός τι*, h. e. una quaeque res ad aliam est referenda. Ita Socrates:

VII. *Ὥστε εἴτε τις εἶναί τι ὀνομάζει, τινὶ εἶναι ἢ τινὸς ἢ πρός τι ῥητέον αὐτῷ, εἴτε γίγνεσθαι, γίγνεσθαι·* *) *αὐτὸ δὲ ἐφ' αὑτοῦ τι ἢ ὂν ἢ γιγνόμενον οὔτε αὐτῷ λεκτέον οὔτ' ἄλλου λέγοντος ἀποδεκτέον.*

Theaet. pag. 160. B. — Conf. pag. 156. E: *Καὶ τἆλλα*

*) Ita legendum esse arbitror; vulgo *γίγνεσθαι* semel tantum exhibetur.

δὴ οὕτω, σκληρὸν καὶ θερμὸν καὶ πάντα τὸν αὐτὸν τρόπον ὑποληπτέον, αὐτὸ μὲν καθ' αὑτὸ μηδὲν εἶναι, ὃ δὴ καὶ τότε ἐλέγομεν, ἐν δὲ τῇ πρὸς ἄλληλα ὁμιλίᾳ πάντα γίγνεσθαι καὶ παντοῖα ἀπὸ τῆς κινήσεως, ἐπεὶ καὶ τὸ ποιοῦν εἶναί τι καὶ τὸ πάσχον αὖ τι ἐπὶ ἑνὸς νοῆσαι, ὥς φασιν, οὐκ εἶναι παγίως. οὔτε γὰρ ποιοῦν ἐστί τι πρὶν ἂν τῷ πάσχοντι ξυνέλθῃ, οὔτε πάσχον πρὶν ἂν τῷ ποιοῦντι. Et pag. 160. A: *Ἀνάγκη δέ γε ἐμέ τε τινὸς γίγνεσθαι, ὅταν αἰσθανόμενος γίγνωμαι· αἰσθανόμενον γάρ, μηδενὸς δὲ αἰσθανόμενον, ἀδύνατον γίγνεσθαι· ἐκεῖνό τε τινὶ γίγνεσθαι, ὅταν γλυκὺ ἢ πικρὸν ἤ τι τοιοῦτον γίγνηται· γλυκὺ γάρ, μηδενὶ δὲ γλυκύ, ἀδύνατον γίγνεσθαι. ΘΕΑΙ. Παντάπασι μὲν οὖν. ΣΩ. Λείπεται δή, οἶμαι, ἡμῖν ἀλλήλοις, εἴτ' ἐσμέν, εἶναι, εἴτε γιγνόμεθα, γίγνεσθαι, ἐπείπερ ἡμῶν ἡ ἀνάγκη τὴν οὐσίαν συνδεῖ μέν, συνδεῖ δὲ οὐδενὶ τῶν ἄλλων, οὐδ' αὖ ἡμῖν αὐτοῖς. ἀλλήλοις δὴ λείπεται συνδεδέσθαι.* Conf. etiam pag. 152. D: *Ὡς ἄρα ἓν μὲν αὐτὸ καθ' αὑτὸ οὐδέν ἐστιν, οὐδ' ἄν τι προσείποις ὀρθῶς οὐδ' ὁποιονοῦν τι* et q. seqq., Arist. Metaph. lib. IX. cap. 3. et Sexti Empirici reliquorumque locos §. 4. allatos.

§. 4.

Non igitur nisi cum hominum sensibus congressae res sensibiles gignuntur, neque ullius rei sensus est ante quam res ipsa. Simulac sentitur aliquid, est. Unde consequitur: Quodcunque aliquis sentit ideoque esse putat, id ei est; quod vero aliquis non sentit, ei non est. Vid. Theaet. pag. 152. A: *ΣΩ. Οὐκοῦν οὕτω πως λέγει, ὡς οἷα μὲν ἕκαστα ἐμοὶ φαίνεται, τοιαῦτα μὲν ἔστιν ἐμοί· οἷα δὲ σοί, τοιαῦτα δὲ αὖ σοί, ἄνθρωπος δὲ σύ τε κἀγώ. ΘΕΑΙ. Λέγει γὰρ οὖν οὕτως.* Quae verba quanquam apud Platonem non ipsius sophistae esse dicuntur, sed Socratis Protagoreum illud *Πάντων χρημάτων μέτρον ἄνθρωπος* explicantis, tamen et cum universa eius philosophandi ratione et cum ceterorum testimoniis adeo congruunt, ut quin ex Protagorae sententia dicta sint dubitare non liceat. Ita Cicero:

VIII. „Aliud iudicium Protagorae est, qui putet, id cuique verum esse, quod cuique videatur."

Quaest. Acad. lib. II. cap. XLVI. §. 142. Quoniam vero omnino nihil est nisi homini a quo percipitur, eadem sententia ita exhiberi solet: Quodcunque esse videtur, id est; quod non esse videtur, non est. Sententiam igitur vere Protagoream impugnat Socrates apud Platonem Crat. pag. 386. C: *ΣΩ. Οἷόν τε οὖν ἐστίν, εἰ Πρωταγόρας ἀληθῆ ἔλεγε καὶ ἔστιν αὕτη ἡ ἀλήθεια, τὸ οἷα ἂν δοκῇ ἑκάστῳ τοιαῦτα καὶ εἶναι, τοὺς μὲν ἡμῶν φρονίμους εἶναι τοὺς δὲ ἄφρονας; ΕΡΜ. Οὐ δῆτα. ΣΩ. Καὶ ταῦτά γε, ὡς ἐγῷμαι, σοὶ πάνυ δοκεῖ, φρονήσεως οὔσης καὶ ἀφροσύνης μὴ πάνυ δυνατὸν εἶναι Πρωταγόραν ἀληθῆ λέγειν· οὐδὲν γὰρ ἄν που τῇ ἀληθείᾳ ὁ ἕτερος τοῦ ἑτέρου φρονιμώτερος εἴη, εἴπερ ἃ ἂν ἑκάστῳ δοκῇ ἑκάστῳ ἀληθῆ ἔσται* et q. seqq. Sext. Emp. Pyrrh. Hypot. lib. I. cap. 32: *Καὶ διὰ τοῦτο τίθησι τὰ φαινόμενα ἑκάστῳ μόνα καὶ οὕτως εἰσάγει τὸ πρός τι. — Λέγει δὲ καὶ τοὺς λόγους πάντων τῶν φαινομένων ὑποκεῖσθαι ἐν τῇ ὕλῃ, ὡς δύνασθαι τὴν ὕλην ὅσον ἐφ' ἑαυτῇ πάντα εἶναι ὅσα πᾶσι φαίνεται*, quo de loco vid. §. 7. Atque sub finem eiusdem capitis: *Πάντα γὰρ τὰ φαινόμενα τοῖς ἀνθρώποις καὶ ἔστι, τὰ δὲ μηδενὶ τῶν ἀνθρώπων φαινόμενα οὐδὲ ἔστιν.* Quae verba, quanquam non falsa, tamen ita comparata sunt, ut facile aliquem in errorem inducere possint. Ut enim priorum verborum ex Protagorae sensu non ea est sententia, ut verum sit quod omnibus hominibus esse videatur, sed quod uni cuique homini: ita non solum, quod nulli hominum esse videtur, non est, sed uni cuique homini quod non esse videtur non est. Id. adv. Math. lib. VII. §. 60: *Καὶ Πρωταγόραν δὲ τὸν Ἀβδηρίτην ἐγκατέλεξάν τινες τῷ χορῷ τῶν ἀναιρούντων τὸ κριτήριον φιλοσόφων, ἐπεί φησι, πάσας τὰς φαντασίας καὶ τὰς δόξας ἀληθεῖς ὑπάρχειν, καὶ τῶν πρός τι εἶναι τὴν ἀλήθειαν διὰ τὸ πᾶν τὸ φανὲν ἢ δόξαν τινὶ εὐθέως πρὸς ἐκεῖνον ὑπάρχειν.* §. 369: *Οἱ μὲν πάντα ἀνῃρήκασι τὰ φαινόμενα, ὡς οἱ περὶ Δημόκριτον· οἱ δὲ πάντα ἔθεσαν, ὡς οἱ περὶ τὸν Ἐπίκουρον καὶ Πρωταγόραν.* §. 388: *Ἤτοι πᾶσαν ἀληθῆ φαντασίαν λεκτέον εἶναι, καθὼς ἔλεγεν ὁ Πρωταγόρας.* Conf. etiam paragraphos 389, 390, alias. Olympiod. cod. I. pag. 64: *Ὅτι οἱ μὲν τὰς αἰσθήσεις ἀκριβεῖς εἶναί φασι πρὸς ἀλήθειαν, οἱ δὲ ἀτιμάζουσιν ὡς οὐκ ἀληθεῖς.*

οὗτοι μὲν Παρμενίδης, Ἐμπεδοκλῆς, Ἀναξαγόρας· ἐκεῖνοι δὲ Πρωταγόρας, Ἐπίκουρος. Euseb. Praep. Ev. lib. XIV. cap. 20. init. ex libro XX. Aristoclis de philosophia: *Ὁποῖα γὰρ ἑκάστῳ φαίνεται τὰ πράγματα, τοιαῦτα καὶ εἶναι· περὶ δὲ τῶν ἄλλων μηδὲν ἡμᾶς δύνασθαι διισχυρίσασθαι.* Cuius verba ultima falsa sunt. Nam si quid non videatur esse, de eo non certi quicquam affirmari posse negavit, sed ne esse quidem dixit. Nisi forte *περὶ δὲ τῶν ἄλλων* — idem fere esse dicas quod „de eis autem, quae aliis hominibus esse videantur, nos iudicare non posse"; id quod vere Protagoreum est: vid. §. 9. Herm. Irris. gentil. phil. cap. IV: *Ἀλλ' ἐπὶ θἄτερα Πρωταγόρας ἑστηκὼς ἀνθέλκει με φάσκων· „Ὅρος καὶ κρίσις τῶν πραγμάτων ὁ ἄνθρωπος, καὶ τὰ μὲν ὑποπίπτοντα ταῖς αἰσθήσεσιν ἔστι πράγματα, τὰ δὲ μὴ ὑποπίπτοντα οὐκ ἔστιν ἐν τοῖς εἴδεσι τῆς οὐσίας."* Quae Protagorae sensum exprimunt, si quidem recte intelliguntur. Omni enim ex parte male huic loco consultum est a Guil. Ferd. Thienemanno, qui anno 1828. interpretationem Hermiae Germanicam edidit Lipsiae. Is enim locum deleto *τῆς* ita in nostrum sermonem convertit: „Bestimmen und Unterscheiden macht den Menschen aus. Was in die Sinne fällt, ist wirklich, was nicht in die Sinne fällt, nicht einmal in der Gestalt eines Wesens vorhanden." Atque ultima quidem verba falsa esse non est quod ostendam: reddidisse videtur Raph. Seileri „ne in natura quidem formis existunt", quod non minus est pravum. Nihil enim significant nisi *quod vero non in sensus cadit, non est in essentiae formis* sive, quum apud Protagoram talis dictio non inveniatur, *non est.* Primorum autem verborum *Ὅρος καὶ κρίσις τῶν πραγμάτων ὁ ἄνθρωπος* vera explicatio continetur Protagorae placito XI. §. 8. tractato.

§. 5.

Quod si ita est, contraria aeque vera esse possunt, modo hominum duorum alteri alterius sententiae contraria vera esse videatur. Immo fieri nequit, quin de una quaque re diversae atque adeo contrariae sint sententiae. Qnoniam enim et hominem alium et eundem sive diverso loco vel tempore sive di-

verso corporis animive habitu in rerum flumen ingressum, ut Heraclitea locutione utar, eadem res diversum in modum tangit atque afficit: et alii homini et eidem sive diverso loco vel tempore sive diverso corporis animive habitu rem contemplanti ac percipienti eadem diversa videatur necesse est. Vid. Sext. Emp. Pyrrhon. Hypot. lib. I. cap. 32: *Καὶ τὰς αἰσθήσεις μετοκοσμεῖσθαί τε καὶ ἀλλοιοῦσθαι παρά τε ἡλικίας καὶ παρὰ τὰς ἄλλας κατασκευὰς τῶν σωμάτων.* Et paullo post: *Τοὺς δὲ ἀνθρώπους ἄλλοτε ἄλλων ἀντιλαμβάνεσθαι παρὰ τὰς διαφόρους αὐτῶν διαθέσεις· τὸν μὲν γὰρ κατὰ φύσιν ἔχοντα ἐκεῖνα τῶν ἐν τῇ ὕλῃ καταλαμβάνειν, ἃ τοῖς κατὰ φύσιν ἔχουσι φαίνεσθαι δύναται· τοὺς δὲ παρὰ φύσιν ἃ τοῖς παρὰ φύσιν· καὶ ἤδη κατὰ τὰς ἡλικίας καὶ κατὰ τὸ ὑπνοῦν ἢ ἐγρηγορέναι καὶ καθ' ἕκαστον εἶδος τῶν διαθέσεων ὁ αὐτὸς λόγος.* Philoponus ad Aristot. de gener. et inter. pag. 4. ed. Ald. a. 1527. verbis aptissimis hanc sententiam expressit hisce: *Πρὸς τὴν σχέσιν τοῦ αἰσθητικοῦ τὴν διαφορὰν τῶν αἰσθητῶν ποιοτήτων γίγνεσθαι·* mel enim dulcissimum ei qui morbo regio laboret amarum videri. Ubi Herbstii quidem animus inclinabat, ut pro *σχέσιν* legendum esse *θέσιν* putaret, quia apud Ammon. Herm. ad Arist. X Kateg. pag. 51. ed. Ald. a. 1503. inveniatur: *Καὶ γὰρ τράχηλος δὲ τῆς μελαίνης περιστερᾶς ἐν ἡλίῳ ἑστώσης τοῖς μὲν φαίνεται ἁλουργός, τοῖς δὲ χρυσοειδής — καὶ τοῖς ἄλλοις ἄλλως πως πρὸς τὴν διάφορον αὐτοῖς τε καὶ τῶν ὁρώντων θέσιν.* Attamen cum idem alio quoque loco simillimo voce *σχέσις* utatur (*Περὶ τῶν πραγμάτων οὐκ ἐχόντων ὡρισμένην φύσιν, ἀλλ' ἐν τῇ πρὸς ἡμᾶς σχέσει*), etiam Philoponi *σχέσιν* ferendum esse. Sed tantum abest ut Philoponi verba hac egeant emendatione, ut ullam omnino mutationem ne patiantur quidem. Adeo enim diversa est horum locorum conditio, ut nequaquam possit ex alio alius emendari. Apud Philoponum *σχέσις* est totus hominis sentientis habitus: apud Ammonium vero ratio quae intercedit nos inter resque a nobis sensas (Verhältniss und Beziehung der Dinge zu uns). Eiusdem denique *θέσις* ad locum pertinet: est enim statio et hominis et rei quam ille contemplatur. Ab hominis enim

rem sentientis habitu, quam *σχέσιν* dicit Philoponus, et utriusque statione sive collocatione, quae est Ammonii *θέσις*, pendet ratio quae inter utrumque obtinet, sive, ut Ammonii locutione utar, *ἡ τῶν πραγμάτων πρὸς ἡμᾶς σχέσις*. Unum quodque igitur horum verborum in locum quo positum est aptissime quadrat. Confer exemplum a Socrate Theaet. pag. 152. B allatum: *Ἆρ' οὐκ ἐνίοτε πνέοντος ἀνέμου ὁ μὲν ἡμῶν ῥιγοῖ, ὁ δ' οὔ; καὶ ὁ μὲν ἠρέμα, ὁ δὲ σφόδρα; ΘΕΑΙ. Καὶ μάλα. ΣΩ. Πότερον οὖν τότε αὐτὸ ἐφ' ἑαυτὸ *) τὸ πνεῦμα ψυχρὸν ἢ οὐ ψυχρὸν φήσομεν; ἢ πεισόμεθα τῷ Πρωταγόρᾳ, ὅτι τῷ μὲν ῥιγοῦντι ψυχρόν, τῷ δὲ μὴ οὔ; ΘΕΑΙ. Ἔοικεν. ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ φαίνεται οὕτως ἑκατέρῳ; ΘΕΑΙ. Ναί.* Attamen sententiarum vel contrariarum neutra altera est verior: quodcunque enim alicui esse videtur, id ei est. — De quaque re sententias proferri posse contrarias Protagoras hoc exposuit placito:

IX. *Δύο λόγοι εἰσὶ περὶ παντὸς πράγματος ἀντικείμενοι ἀλλήλοις.*

Diog. Laert. lib. IX. §. 51. Conf. Clem. Alex. Strom. lib. VI. pag. 674. A: *Καὶ ἐπειδὴ Ἕλληνές φασι Πρωταγόρου προκατάρξαντος, παντὶ λόγῳ λόγον ἀντικείμενον παρεσκευάσθαι.* Senecae epist. LXXXVIII. ed. Schweigh. tom. I. pag. 363.

Copiosius de gravissimo hoc placito, quo praecipue ratio qua dialecticam artem tractabat tota erat nixa, Protagoras egisse videtur libris duobus *Ἀντιλογιῶν* sive *Ἀντιλογικοῖς*, de quibus lib. IV. cap. III. disseretur.

§. 6.

In refellendis placitis octavo et, quod ex illo consectarium est, nono multi fuerunt veteres philosophi. Praeter Platonem

*) Ita ex codicibus omnibus restituendum censuerunt Bernhardyus Syntax. Graec. pag. 248, Stallbaumius, *αὐτὸ ἐφ' ἑαυτὸ* explicans vulgari illo *αὐτὸ καθ' ἑαυτό*, qua quidem ratione nihil demonstratur, et editores Turicenses collata pag. 160. B, ubi est *αὐτὸ ἐφ' ἑαυτοῦ*: ceteri *ἐφ' ἑαυτῷ*. Stallbaumius vero *ἐφ' ἑαυτοῦ* fortasse scribendum esse addidit, Bernhardyi locum afferens modo indicatum, atque hoc ego verum puto: conf. pag. 157. A, 160. B, Antisth. apud Winckelmannum pag 36. Videtur h. l. a librariis articulo et substantivo quae proxime sequuntur pronomen adaptatum esse.

praecipue Aristoteles Metaph. lib. III. per totum caput quartum hanc similesque alias aliorum sententias perstringit; ut pag. 72. ed. Brandis.: *Ἔτι εἰ ἀληθεῖς αἱ ἀντιφάσεις ἅμα κατὰ τοῦ αὐτοῦ πᾶσαι, δῆλον ὡς ἅπαντα ἔσται ἕν. ἔσται γὰρ τὸ αὐτὸ καὶ τριήρης καὶ τοῖχος καὶ ἄνθρωπος, εἰ κατὰ παντός τι ἢ καταφῆσαι ἢ ἀποφῆσαι ἐνδέχεται, καθάπερ ἀνάγκη τοῖς τὸν Πρωταγόρου λόγον λέγουσιν. εἰ γάρ τῳ δοκεῖ μὴ εἶναι τριήρης ὁ ἄνθρωπος, δῆλον ὅτι οὐκ' ἔστι τριήρης· ὥστε καὶ ἔστιν, εἴπερ ἡ ἀντίφασις ἀληθής.* Eiusdem libri cap. V. initio: *Ἔστι δ' ἀπὸ τῆς αὐτῆς δόξης καὶ ὁ Πρωταγόρου λόγος, καὶ ἀνάγκη ὁμοίως αὐτοὺς ἄμφω ἢ εἶναι ἢ μὴ εἶναι. εἴτε γὰρ τὰ δοκοῦντα πάντα ἐστὶν ἀληθῆ καὶ τὰ φαινόμενα, ἀνάγκη πάντα ἅμα ἀληθῆ καὶ ψευδῆ εἶναι. πολλὰ γὰρ τἀναντία ὑπολαμβάνουσιν ἀλλήλοις, καὶ τοὺς μὴ ταὐτὰ δοξάζοντας ἑαυτοῖς διεψεῦσθαι νομίζουσιν. ὥστε ἀνάγκη τὸ αὐτὸ εἶναί τε καὶ μὴ εἶναι. καὶ εἰ τοῦτ' ἐστίν, ἀνάγκη τὰ δοκοῦντα εἶναι πάντ' ἀληθῆ. τὰ ἀντικείμενα γὰρ δοξάζουσιν ἀλλήλοις οἱ διεψευσμένοι καὶ ἀληθεύοντες. εἰ οὖν ἔχει τὰ ὄντα οὕτως, ἀληθεύσουσι πάντες.* Atque de eo quidem, quod ex Protagorae placito omnia et esse et non esse consequatur, proxime dicendum erit. Quod vero cum Platone congruens (vid. Euthyd. pag. 286. C) Aristoteles falsa dici non posse secundum Protagoram ait, id, si quidem eum excipias, qui consulto mentitur, vere Protagoreum esse puto. Falsum enim dicere nequit, qui id dicit quod ipsi verum videtur: is enim sententiam nunquam habet falsam, sed fortasse malam (vid. lib. III. cap. I.). — Iam Democritum aequalem iuniorem hoc placito advarsarium sibi excitavit auctore Plutarcho adv. Colot. tom. II. pag. 1109. A: *Ἀλλὰ τοσοῦτόν γε Δημόκριτος ἀποδεῖ τοῦ νομίζειν μὴ μᾶλλον εἶναι τοῖον ἢ τοῖον τῶν πραγμάτων ἕκαστον, ὥστε Πρωταγόρᾳ τῷ σοφιστῇ τοῦτο εἰπόντι μεμαχῆσθαι καὶ γεγραφέναι πολλὰ καὶ πιθανὰ πρὸς αὐτόν.* Conf. Sext. Emp. adv. Math. lib. VII. §. 389: *Πᾶσαν μὲν οὖν φαντασίαν οὐκ εἴποι τις ἀληθῆ διὰ τὴν περιτροπήν, καθὼς ὅ τε Δημόκριτος καὶ ὁ Πλάτων* (respexisse videtur Theaet. pag. 161. D, E) *ἀντιλέγοντες τῷ Πρωταγόρᾳ ἐδίδασκον. εἰ γὰρ πᾶσα φαντασία ἐστὶν ἀληθής, καὶ τὸ μὴ πᾶσαν*

εἶναι φαντασίαν ἀληθῆ κατὰ φαντασίαν ὑφιστάμενον ἔσται ἀληθές. καὶ οὕτω τὸ πᾶσαν φαντασίαν εἶναι ἀληθῆ γενήσεται ψεῦδος. Sed hac via tantum abesse videtur ut Protagoras refellatur, ut etiam inviti illi sophistae placitum confirment. Non enim dubito, quin ita ille respondisset: „Ex meo placito, quod est *πᾶσα φαντασία ἀληθής ἐστιν*, consequitur vestrum, *οὐ πᾶσαν φαντασίαν εἶναι ἀληθῆ*, quod meo est contrarium. Sed hoc ipsum est quod dico: neque vestra sententia verior est mea, neque mea verior vestra: immo utraque aeque vera est, quandoquidem omnes sunt aeque verae.“ Ipse Sextus hac ratione Protagoram impugnari non posse intellexit eiusd. lib. §. 61. de illo sophistae placito disputans, quod nos §. 8. tractabimus.

Ceterum non potest negari, Aristotelem Metaphysicorum loco modo exhibito eos, qui omnia esse statuant, congruere dicentem cum iis, qui idem et esse et non esse contendant, recte dixisse. Nam quodcunque ut verum aliquis ponit, *λόγῳ ἀντικειμένῳ* tollitur. Conf. eiusd. op. lib. X. cap. VI. pag. 221: *Παραπλήσιον δὲ τοῖς εἰρημένοις ἐστὶ καὶ τὸ λεχθὲν ὑπὸ τοῦ Πρωταγόρου. καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἔφη, πάντων χρημάτων μέτρον εἶναι ἄνθρωπον, οὐδὲν ἕτερον λέγων ἢ τὸ δοκοῦν ἑκάστῳ τοῦτο καὶ εἶναι παγίως. τούτου δὲ γιγνομένου τὸ αὐτὸ συμβαίνει καὶ εἶναι καὶ μὴ εἶναι.* Neque falsum est, quod Plato Protagorae *φαντασίαν* inter, *αἴσθησιν* et *ἐπιστήμην* nullum esse discrimen ait. *Αἴσθησιν* dicimus sinnliche Wahrnehmung; *δόξαν*, quae cogitatione efficitur, Urtheil; *φαντασίαν*, *αἰσθήσει* et *δόξῃ* coniunctis ortam, Vorstellung; *ἐπιστήμην* Erkenntniss, Wissen. Iam vero secundum Protagoram quaeque *φαντασία*, quia et *αἰσθήσει* et *δόξῃ* veris est excitata, vera est, itaque fit *ἐπιστήμη*. Vid. Plat. Theaet. pag. 160. D: *ΣΩ. Παγκάλως ἄρα σοι εἴρηται, ὅτι ἐπιστήμη οὐκ ἄλλο τί ἐστιν ἢ αἴσθησις, καὶ εἰς ταὐτὸν συμπέπτωκε κατὰ μὲν Ὅμηρον καὶ Ἡράκλειτον καὶ πᾶν τὸ τοιοῦτον φῦλον οἷον ῥεύματα κινεῖσθαι τὰ πάντα, κατὰ δὲ Πρωταγόραν τὸν σοφώτατον πάντων χρημάτων ἄνθρωπον μέτρον εἶναι, κατὰ δὲ Θεαίτητον τούτων οὕτως ἐχόντων αἴσθησιν ἐπιστήμην γίγνεσθαι.* Eiusd. dial. pag. 152. C: *ΣΩ. Φαντασία ἄρα καὶ αἴσθησις ταὐτὸν ἔν τε θερμοῖς καὶ*

πᾶσι τοῖς τοιούτοις· οἷα γὰρ αἰσθάνεται ἕκαστος, τοιαῦτα ἑκάστῳ καὶ κινδυνεύει εἶναι. ΘΕΑΙ. *Ἔοικεν.* ΣΩ. *Αἴσθησις ἄρα τοῦ ὄντος ἀεί ἐστι καὶ ἀψευδὲς ὡς ἐπιστήμη οὖσα.* ΘΕΑΙ. *Φαίνεται.* Conf. pag. 160. C et D. Quam expositionem respexisse videtur Diog. Laert. lib. IX. §. 51: *Ἔλεγέ τε μηδὲν εἶναι ψυχὴν παρὰ τὰς αἰσθήσεις, καθὰ καὶ Πλάτων φησὶν ἐν Θεαιτήτῳ.* Quanquam quod is *ψυχήν* dicit pro *ἐπιστήμην*, nimium est. Ad idem redit etiam quod a Themistio dicitur hanc posuisse *ἐπιστήμης* originem: Ex eis quae sensibus apparent colliguntur atque efficiuntur protases apodicticae, quas qui tenet habet *ἐπιστήμην*, idemque scit quae sit *ἐπιστήμη*. Vid. Them. in Arist. Analyt. lib. I. pag. 4. ed. Ald. 1495: *Δῆλον δὲ καὶ ἐκ τούτων, ὅτι γελοῖοι παντελῶς οἱ τῷ ἐνδόξῳ κρίνοντες τὴν πρότασιν τὴν ἀποδεικτικήν· καθάπερ ᾤετο ὁ Πρωταγόρας ἀποδεικτικὰς εἶναι προτάσεις, καὶ ταύτας τὸν ἐπιστάμενον ἐπιστήμην ἔχειν, τὸν δὲ ἔχοντα ἐπιστήμην εἰδέναι τί ἐστιν ἐπιστήμη.*

§. 7.

Iam, ut progrediamur, quum nihil sit quin motu universo afficiatur, nec quicquam habeat ullam firmitatem sed semper moveatur ac mutetur, ut alii aliud et esse videatur et sit; nunquam dicere possis: Qualem nunc mihi se offert, talis res est. Eadem enim eodem tempore alii alia esse videtur, tibique ipsi sive paullo ante sive paullo post, cum corporis animive tui habitus alius fuerit, illius natura alia et esse videbitur et erit. Nullius igitur rei natura certa est ac definita, sive, ut quae fortasse Protagorea sint exhibeam verba:

X. *Οὐδὲν τῶν πραγμάτων ὡρισμένην ἔχει φύσιν.*

Ammon. Herm. ad Arist. X Kateg. pag. 51. ed. Ald. 1503. Conf. Philop. ad Arist. de gener. et inter. pag. 4: *Ὡς Πρωταγόρας οὐκ εἶναι φύσιν ὡρισμένην οὐδενὸς λέγων.* Atque huc pertinet Sexti locus Pyrrh. Hypot. lib. I. cap. 32: *Λέγει δὲ καὶ τοὺς λόγους πάντων τῶν φαινομένων ὑποκεῖσθαι ἐν τῇ ὕλῃ, ὡς δύνασθαι τὴν ὕλην ὅσον ἐφ' ἑαυτῇ πάντα εἶναι ὅσα πᾶσι φαίνεται.* Unius cuiusque enim rei, quae in sensus

cadit, natura cum a ratione pendeat, qua illa in hominum sensus moveatur, omnium rerum sensibilium λόγοι (Gründe) in ipsis rebus corporeis positi sunt. Sextus enim ὕλης nomine res corporeas comprehendit, ut eodem capite paullo antea: *Φησὶν οὖν ὁ ἀνήρ, τὴν ὕλην ῥευστὴν εἶναι, ῥεούσης δὲ αὐτῆς συνεχῶς προσθέσεις ἀντὶ τῶν ἀποφορήσεων γίγνεσθαι.* Quibus de verbis quam Wendtius movit dubitatio ad Tennemanni Histor. philos. tom. I. pag. 502, „weil Protagoras vermieden haben würde, von einer ὕλη als Seiendem, zu Grunde Liegendem zu sprechen", aliqua ex parte est nimia. Ὕλη vox quidem e Sexti potius quam e Protagorae usu dicta esse videtur. Sed nihil est cur Wendtius *Seiendem, zu Grunde Liegendem* tanta cum vi efferat, quae notio in Sexti verbis non inest. Nam ἡ ὕλη ῥευστή ἐστιν nihil est nisi ἡ ὕλη ῥεῖ, id quod cum Protagorae placito nihil esse sed fieri omnia nequaquam pugnat. Eam ipsam enim ob causam, quod ὕλη semper fluat atque mutetur, non esse eam dicit.

§. 8.

Quaecunque adhuc exposuimus, Protagoras dicto illo omnium nobilissimo paucis verbis comprehendit. Quamvis enim variis fluendi formis omnes fiant res sensibiles, omniumque rerum rationes in ipsa materia positas esse cum Sexto fortasse dicere possimus: tamen, quoniam id tantum est, quod homini alicui esse videatur, omnia ab hominibus pendere apparet, ad eosque semper esse referenda. Id est, quod Protagoras aptissime et commodissime ita expressit:

XI. *Πάντων χρημάτων μέτρον ἄνθρωπος, τῶν μὲν ὄντων ὡς ἔστι, τῶν δὲ οὐκ ὄντων ὡς οὐκ ἔστιν.*

Quae ipsa esse sophistae verba veterum locis planissime apparet. Vid. Plat. Theaet. pag. 152. A: ΣΩ. — *Ὃν ἔλεγε καὶ Πρωταγόρας. τρόπον δέ τινα ἄλλον εἴρηκε τὰ αὐτὰ ταῦτα. φησὶ γάρ που πάντων χρημάτων μέτρον ἄνθρωπον εἶναι, τῶν μὲν ὄντων ὡς ἔστι, τῶν δὲ μὴ ὄντων ὡς οὐκ ἔστιν. ἀνέγνωκας γάρ που; ΘΕΑΙ. Ἀνέγνωκα καὶ πολλάκις.* Pag. 160. C. ΣΩ. *Οὐκοῦν ὅτε δὴ τὸ ἐμὲ ποιοῦν ἐμοί ἐστι καὶ*

οὐκ ἄλλῳ, ἐγὼ καὶ αἰσθάνομαι αὐτοῦ, ἄλλος δ' οὔ; ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὔ; ΣΩ. Ἀληθὴς ἄρα ἐμοὶ ἡ ἐμὴ αἴσθησις· τῆς γὰρ ἐμῆς οὐσίας ἀεί ἐστι· καὶ ἐγὼ κριτὴς κατὰ τὸν Πρωταγόραν τῶν τε ὄντων ἐμοὶ ὡς ἔστι, καὶ τῶν μὴ ὄντων ὡς οὐκ ἔστι. ΘΕΑΙ. Ἔοικεν. ΣΩ. Πῶς ἂν οὖν ἀψευδὴς ὢν καὶ μὴ πταίων τῇ διανοίᾳ περὶ τὰ ὄντα ἢ γιγνόμενα οὐκ ἐπιστήμων ἂν εἴην ὧνπερ αἰσθητής; ΘΕΑΙ. Οὐδαμῶς ὅπως οὔ. ΣΩ. Παγκάλως ἄρα σοι εἴρηται, ὅτι ἐπιστήμη οὐκ ἄλλο τί ἐστιν ἢ αἴσθησις, καὶ εἰς ταὐτὸν συμπέπτωκε κατὰ μὲν Ὅμηρον καὶ Ἡράκλειτον καὶ πᾶν τὸ τοιοῦτον φῦλον οἷον ῥεύματα κινεῖσθαι τὰ πάντα, κατὰ δὲ Πρωταγόραν τὸν σοφώτατον πάντων χρημάτων ἄνθρωπον μέτρον εἶναι, κατὰ δὲ Θεαίτητον τούτων οὕτως ἐχόντων αἴσθησιν ἐπιστήμην γίγνεσθαι. Crat. pag. 385. E: *ΣΩ. Φέρε δὴ ἴδωμεν, ὦ Ἑρμόγενες, πότερον καὶ τὰ ὄντα οὕτως ἔχειν σοι φαίνεται, ἰδίᾳ αὐτῶν ἡ οὐσία εἶναι ἑκάστῳ, ὥσπερ Πρωταγόρας ἔλεγε λέγων, πάντων χρημάτων μέτρον εἶναι ἄνθρωπον, ὡς ἄρα οἷα μὲν ἐμοὶ φαίνηται τὰ πράγματα εἶναι, τοιαῦτα μὲν ἔστιν ἐμοί, οἷα δ' ἂν σοί, τοιαῦτα δ' αὖ σοί· ἢ ἔχειν δοκεῖ σοι αὐτὰ αὑτῶν τινὰ βεβαιότητα τῆς οὐσίας.* Arist. Metaph. lib. IX. cap. I. pag. 95. Brand.: *Πρωταγόρας δ' ἄνθρωπόν φησι πάντων εἶναι μέτρον.* Lib. X. cap. VI. init. pag. 221: *Παραπλήσιον δὲ τοῖς εἰρημένοις ἐστὶ καὶ τὸ λεχθὲν ὑπὸ Πρωταγόρου. καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἔφη, πάντων εἶναι χρημάτων μέτρον τὸν ἄνθρωπον* et q. seqq. Sext. Emp. adv. Math. lib. VII. §. 60: *Πρωταγόρας — ἀνεφώνησε· „Πάντων χρημάτων μέτρον ἐστὶν ἄνθρωπος, τῶν μὲν ὄντων ὡς ἔστι, τῶν δὲ οὐκ ὄντων ὡς οὐκ ἔστιν.“* Eiusd. Pyrrhon. Hypot. lib. I. cap. 32. initio: *Καὶ ὁ Πρωταγόρας δὲ βούλεται, πάντων χρημάτων εἶναι μέτρον τὸν ἄνθρωπον, τῶν μὲν ὄντων ὡς ἔστι, τῶν δὲ οὐκ ὄντων ὡς οὐκ ἔστι· μέτρον μὲν λέγων τὸ κριτήριον, χρημάτων δὲ τῶν πραγμάτων· ὡς δυνάμει φάσκειν, πάντων πραγμάτων κριτήριον εἶναι τὸν ἄνθρωπον, τῶν μὲν ὄντων ὡς ἔστι, τῶν δὲ οὐκ ὄντων ὡς οὐκ ἔστιν.* Diog. Laert. lib. IX. §. 51: *Ἀλλὰ καὶ ἤρξατό που τοῦτον τὸν τρόπον· „Πάντων χρημάτων μέτρον ἄνθρωπος, τῶν μὲν ὄντων ὡς ἔστι, τῶν δὲ οὐκ ὄντων ὡς οὐκ ἔστιν.“* Aristocles apud Euseb. Praep. Evang. lib. XIV.

cap. 20. initio: *Οὐ μὴν ἀλλ' ἀντικρύς γε Πρωταγόρας ὁ Ἀβδηρίτης. οὗτος γάρ ἔφη, μέτρον εἶναι πάντων χρημάτων τὸν ἄνθρωπον, τῶν μὲν ὄντων ὡς ἔστι, τῶν δὲ οὐκ ὄντων ὡς οὐκ ἔστιν.* Herm. Irris. gent. philos. cap. IV. (vide pag. 87.)

§. 9.

Sunt denique sententiae tres, quae quamvis invicem sibi repugnare videantur, Protagorae placitis adhuc tractatis et continentur et explicantur.

A. Nihil est.

Nihil esse, sed fieri omnia erat placitum tertium. Deinde non vere esse cuius essentia ab alio pendeat, §. 3. expositum est.

B. Omnia sunt.

Quod duplici ratione valere potest. Primum enim quod vulgo memorare solent secundum Protagoram omnia esse, id semper hoc sensu intelligendum esse teneas: quaecunque alicui esse videntur, sunt. Neque haec repugnat priori illi sententiae, nihil esse: nam verbi esse significatio non eadem utroqne est loco. Nihil enim vere est: sed quantum quidem sunt res quae vulgo esse dicuntur, est, quodcunque esse videtur. — Tum vero *λόγον ἀντικείμενον* si adhibueris ei sententiae, quam littera A indicavi, haec evadet illi prorsus contraria: Omnia vere sunt. Quanquam hoc ex Protagorae quidem ratione sed non ab ipso Protagora conclusum est. — Utramque igitur complectimur tertia hacce:

C. Omnia (prout uni cuique singula videntur) et sunt et non sunt.

Unde duo sunt consectaria, quorum maximus erat Protagorae usus in rebus dialecticis:

1. Nulli sententiae contradici potest.

Quum nos, qua ratione alius qualicunque re afficiatur nescii, de aliorum sententiis ne iudicare quidem possimus, omnesque sententiae aeque sint verae, *οὐκ ἔστιν ἀντιλέγειν.* Vid. Diog. Laert. lib. IX. §. 53: *Καὶ τὸν Ἀντισθένους λόγον*

τον πειρώμενον ἀποδεικνύειν ὡς οὐκ ἔστιν ἀντιλέγειν *) οὗτος πρῶτος διείλεκται, καθά φησι Πλάτων ἐν Εὐθυδήμῳ. Respicit Euthyd. pag. 285. D — 286. C. Quod placitum cavillatur Isocrates Hel. initio.

2. Cuiusque sententiae contrarium statui potest.

Conf. Senec. ep. LXXXVIII. tom. I. pag. 363. ed. Schweigh.: „Protagoras ait, de omni re in utramque partem disputari posse ex aequo.“ Quod proxime sequitur: „et de hac ipsa, an omnis res in utramque partem disputabilis sit“, quanquam a Protagorae ratione non abhorret, Seneca de suo addidisse videtur, quo „quam infesta veritati esset nimia subtilitas“ planius appareret. Clem. Alex. Strom. lib. VI. pag. 674. A (vid. pag. 89.).

Posteris tradidit Protagoras placita sua de rerum natura libro cui erat inscriptum Ἀλήθεια ἢ περὶ τοῦ ὄντος, de quo vid. lib. IV. cap. III.

CAPUT II.

Ex iis quae adhuc exposuimus Protagorae placitis miretur fortasse aliquis de deis non hoc statuisse sophistam: Deos si quis esse putat, ei sunt: si non putat, non sunt. Libri enim περὶ θεῶν conscripti initio sibi non liquere ait utrum dei sint necne. Cic. Nat. De. lib. I. cap. I. §. 2: „Plerique (quod maxime verisimile est et quo omnes duce natura vehimur) deos esse dixerunt: dubitare se Protagoras.“ Cap. XII. §. 29: „Nec vero Protagoras, qui sese negat omnino de deis habere quod liqueat, sint, non sint, qualesve sint, quidquam videtur de natura deorum suspicari.“ Cap. XXIII. §. 63: „Nam Abderites quidem Protagoras — cum in principio libri sui sic posuisset: De divis neque ut sint neque ut non sint habeo dicere: Atheniensium iussu urbe atque agro est exterminatus“ et q. seqq. Cap. XLII. §. 117: „Ego ne Protagoram quidem (censeo superstitiosum esse potuisse), cui neutrum

*) Vid. apud Winckelmannum pag. 34, 36, 37.

liquerit, nec esse deos nec non esse.“ Valer. Max. lib. I. cap. I. ext. §. 7: „Athenienses Protagoram philosophum pepulerunt, quia scribere ausus fuerat, primum ignorare se an dei essent: deinde si sint, quales sint.“ Timon silli fragmento apud Sextum Emp. adv. Math. lib. IX. §. 56. servato Protagoram condemnatum esse dicit

Ὅττι θεοὺς κατέγραψ' οὔτ' εἰδέναι οὔτε δύνασθαι
ὁπποῖοί τινές εἰσι καὶ οἵτινες ἀθρήσασθαι.

Atque Sextus ipse eiusd. lib. §. 55: *Ὁ δὲ Πρωταγόρας ῥητῶς που γράψας· „Περὶ θεῶν οὔτε εἰ εἰσὶν οὐθ' ὁποῖοί τινές εἰσὶ δύναμαι λέγειν. πολλὰ γάρ ἐστι τὰ κωλύοντα με“* et q. seqq. Diog. Laert. lib. IX. §. 51: *Καὶ ἀλλαχοῦ δὲ τοῦτον ἤρξατο τὸν τρόπον· „Περὶ μὲν θεῶν οὐκ ἔχω εἰδέναι οὔθ' ὡς εἰσὶν οὔθ' ὡς οὐκ εἰσίν. πολλὰ γὰρ τὰ κωλύοντα εἰδέναι· ἥ τε ἀδηλότης καὶ βραχὺς ὢν ὁ βίος τοῦ ἀνθρώπου.“* Euseb. Praep. Evang. lib. XIV. cap. 3: *Ὁ μὲν γὰρ Δημοκρίτου γεγονὼς ἑταῖρος ὁ Πρωταγόρας ἄθεον ἐκτήσατο δόξαν. λέγεται γοῦν τοιᾷδε κεχρῆσθαι εἰσβολῇ ἐν τῷ περὶ θεῶν συγγράμματι· „Περὶ μὲν θεῶν οὐκ οἶδα οὔθ' ὡς εἰσὶν οὔθ' ὡς οὐκ εἰσὶν οὐθ' ὁποῖοί τινες ἰδέαν.“* Eiusd. lib. XII. cap. 19: *Τὸν δὲ Πρωταγόραν λόγος ἔχει κεκλῆσθαι ἄθεον· γράφων γε καὶ αὐτὸς περὶ θεῶν εἰσβολῇ τοιᾷδε ἐχρήσατο· „Περὶ μὲν οὖν θεῶν οὐκ οἶδα οὔθ' ὡς εἰσὶν οὐθ' ὁποῖοί τινες ἰδέαν· πολλὰ γάρ ἐστι τὰ κωλύοντά με ἕκαστον τούτων εἰδέναι.“* Theodor. Graec. Affect. Cur. disp. II. (tom. IV. pag. 758. Schulz.): *Βδελύξεται δὲ καὶ Πρωταγόρου τοὺς ἀμφιβόλους περὶ τοῦ θεοῦ καὶ ἀπίστους λόγους. ἐκείνου γάρ ἐστι τὰ τοιάδε· „Περὶ μὲν οὖν τῶν θεῶν οὐκ οἶδα οὔτε εἰ εἰσὶν οὐθ' ὡς οὐκ εἰσίν οὐδ' ὁποῖοί τινες τὴν ἰδέαν εἰσίν.“* Theoph. ad Autol. lib. III. cap. 7: *Καὶ Πρωταγόρας ὁ Ἀβδηρίτης λέγων· „Εἴτε γὰρ εἰσὶ θεοὶ οὐ δύναμαι περὶ αὐτῶν λέγειν οὔτε ὁποῖοί εἰσι δηλῶσαι· πολλὰ γάρ ἐστι τὰ κωλύοντα με.“* Suid. s. v. *Πρωταγόρας· Τοῦ δὲ Πρωταγόρου τὰ βιβλία ὑπὸ Ἀθηναίων ἐκαύθη, διότι λόγον ποτὲ εἶπεν οὕτως ἀρξάμενος· „Περὶ θεῶν οὐκ ἔχω εἰδέναι οὔτε ὡς εἰσὶν οὔτε ὡς οὐκ εἰσίν.“* — Quibus ex locis vix dubitandum videtur, quin ipsius fuerint sophistae verba qualia Diogenes l. l. memoriae prodidit:

Περὶ μὲν θεῶν οὐκ ἔχω εἰδέναι οὔτε ὡς εἰσὶν οὔτε ὡς οὐκ εἰσίν. πολλὰ γὰρ τὰ κωλύοντα εἰδέναι· ἥ τε ἀδηλότης καὶ βραχὺς ὢν ὁ βίος τοῦ ἀνθρώπου.
Nam Ciceronis (cap. XII. §. 29.), Valerii, Timonis, Sexti, Eusebii, Theodoreti, Theophili testimoniorum, quibus etiam *quales* dei essent se nescire Protagoras initio libri sui posuisse dicitur, ea est conditio, ut ex uno auctore aliquo depromta esse videantur, qui, ut Protagoreum placitum suppleret, de suo illa addiderit: quanquam ex sophistae libro talem sententiam repeti potuisse non negem. Atque etiam Cicero, ubi ipsius verba exhibet (cap. XXII. §. 63.), cum Diogene prorsus congruit. Ceteri autem loci, quibus Protagorae de deis dubitatio commemoratur, ad ipsius verba cognoscenda nihil conferunt. Ios. c. Ap. lib. II. cap. 37: *Καὶ Πρωταγόρας, εἰ μὴ θᾶττον ἔφυγε, συλληφθεὶς ἂν ἐτεθνήκει, γράψαι τι δόξας οὐχ' ὁμολογούμενον τοῖς Ἀθηναίοις περὶ θεῶν.* Max. Tyr. diss. I. (XVII.) cap. 5: — *Κἂν ἀγνοεῖν τι φῇς, ὡς Πρωταγόρας.* Philostr. vita Protag. ed. Kayser. pag. 15: *Τὸ δὲ ἀπορεῖν φάσκειν εἴτε εἰσὶ θεοὶ εἴτε οὐκ εἰσὶ δοκεῖ μοι Πρωταγόρας ἐκ τῆς Περσικῆς παιδεύσεως παρανομῆσαι.* Minuc. Fel. Octav. cap. VIII: „Cum Abderitem Protagoram Athenienses viri consulte potius qnam profane de divinitate disputantem et expulerint suis finibus et in concione eius scripta deusserint“ et q. seqq. Lactant. Ir. De. cap. IX: „Primus omnium Protagoras exstitit temporibus Socratis, qui sibi diceret non liquere, utrum esset aliqua divinitas necne.“ Id. Fals. Rel. lib. I. cap. 2: „Protagoras, qui deos in dubium vocavit“ et q. seqq. Cyrill. c. Iul. lib. VI. pag. 189. D: *Πρωταγόρᾳ δὲ γεγραφότι περὶ θεῶν, ἃ μὴ τοῖς ἀκροωμένοις εὖ ἔχειν ἐδόκει, δυσσεβείας ἐπῆγον γραφήν· μικροῦ καὶ διώλωλεν, εἰ μὴ φθάσας ᾤχετο πρὸς ἑτέρους τὴν Ἑλλήνων ἀφείς* (quo de loco conf. Meieri disput. de Diagora Erschii et Gruberi Encyclop. pag. 447. annot. 5.). Ioann. Chrysost. in Pauli ep. ad Corinth. I. hom. IV. cap. 5: *Καὶ γὰρ Πρωταγόρας παρ' αὐτοῖς ἐπειδὴ ἐτόλμησεν εἰπεῖν, ὅτι οὐκ οἶδα θεούς, οὐ τὴν οἰκουμένην περιιὼν καὶ κηρύττων, ἀλλ' ἐν μιᾷ πόλει περὶ ἐσχάτων ἐκινδύνευσεν.* Nimius est Galenus, cui quidem liber tribuitur, de

philos. histor. cap. VIII. (vid. pag. 4.), qui Protagoram atheorum numero ascribit, ut Eusebius l. l. et Epiphanius c. Haer. lib. III. tom. II. pag. 1088. B: *Πρωταγόρας — ἔφη, μὴ θεοὺς εἶναι μηδὲ ὅλως θεὸν ὑπάρχειν.* Ioannes Sarisberiensis Policr. lib. V. cap. IV. pag. 261. ed. Lugd. Bat. 1639. Protagorae libros ab Atheniensibus combustos ipsumque in exilium missum esse ait, quia dubitasset an de deis vera essent quae vulgo dicerentur.

CAPUT III.

Accedimus ad Protagorae ethicam. De quo disciplinae eius loco brevi esse mihi licet: paucissima enim quae huc pertineant ex veterum scriptis nobis innotuerunt. Atque ea quidem, quae hoc capite exponentur, Protagoram Plato dialogo cognomini proferentem facit.

Non qui iucunde vivit, eo ipso bene vivit, qui iniucunde, male; sed quem honesta iuvant, is bene vivit. Prot. pag. 351. B: *Τὸ μὲν ἄρα ἡδέως ζῆν ἀγαθόν, τὸ δ' ἀηδῶς κακόν; Εἴπερ τοῖς καλοῖς, ἔφη (Πρωταγόρας), ζῴη ἡδόμενος.* — Non enim, quod iucundum, bonum, quod iniucundum, malum: sed eorum, quae sunt iucunda, alia quidem bona sunt, alia non bona; eorumque, quae sunt iniucunda, alia mala sunt, alia bona; sunt etiam et iucundorum et iniucundorum, quae neque bona sunt neque mala. Pag. 351. C: *Οὐκ οἶδα, ὦ Σώκρατες, ἔφη, ἁπλῶς οὕτως, ὡς σὺ ἐρωτᾷς, εἰ ἐμοὶ ἀποκριτέον ἐστίν, ὡς τὰ ἡδέα τε ἀγαθά ἐστιν ἅπαντα καὶ τὰ ἀνιαρὰ κακά· ἀλλά μοι δοκεῖ οὐ μόνον πρὸς τὴν νῦν ἀπόκρισιν ἐμοὶ ἀσφαλέστερον εἶναι ἀποκρίνασθαι, ἀλλὰ καὶ πρὸς πάντα τὸν ἄλλον βίον τὸν ἐμόν, ὅτι ἔστι μὲν ἃ τῶν ἡδέων οὐκ ἔστιν ἀγαθά, ἔστι δ' ἃ ἔστι, καὶ τρίτον ἃ οὐδέτερα, οὔτε κακὰ οὔτ' ἀγαθά.*

Protagorae *ἀρετή* est *πολιτική*, qua quis et bonis moribus et idoneis scientiis instruatur, ut cum rebus domesticis, tum vero rei publicae bene consulere possit. Uni cuique homini insitae sunt *αἰδώς* et *δίκη*, quarum omnes cives participes esse debent: nam illis remotis nulla civitas esse potest.

Pag. 322. C: *Ζεὺς οὖν — Ἑρμῆν πέμπει ἄγοντα εἰς ἀνθρώπους αἰδῶ τε καὶ δίκην, ἵν' εἶεν πόλεων κόσμοι τε καὶ δεσμοὶ φιλίας συναγωγοί. ἐρωτᾷ οὖν Ἑρμῆς Δία, τίνα οὖν τρόπον δοίη δίκην καὶ αἰδῶ ἀνθρώποις. — ἐπὶ πάντας, ἔφη ὁ Ζεύς, καὶ πάντες μετεχόντων· οὐ γὰρ ἂν γένοιντο πόλεις, εἰ ὀλίγοι αὐτῶν μετέχοιεν ὥσπερ ἄλλων τεχνῶν.* — Iustitia enim et pudore virtus politica nititur, neque qui illis caret virtutem habere potest. Cfr. pag. 323. A: *Ὅταν δὲ εἰς συμβουλὴν πολιτικῆς ἀρετῆς ἴωσιν, ἣν δεῖ διὰ δικαιοσύνης πᾶσαν ἰέναι καὶ σωφροσύνης, εἰκότως ἅπαντος ἀνδρὸς ἀνέχονται, ὡς παντὶ προσῆκον ταύτης γε μετέχειν τῆς ἀρετῆς, ἢ μὴ εἶναι πόλεις.* — Quae cum hominibus innatae sint, sui ipsae quasi consciae fiant necesse est et cum scientiis necessariis coniunctae gignant virtutem quae civem deceat. Id vero haud ita facile quisquam consequitur, immo est omnium difficillimum. Pag. 340. E: *Πολλὰ ἄν, ἔφη, ἀμαθία εἴη τοῦ ποιητοῦ, εἰ οὕτω φαῦλόν τί φησιν εἶναι τὴν ἀρετὴν ἐκτῆσθαι, ὅ ἐστι πάντων χαλεπώτατον, ὡς ἅπασι δοκεῖ ἀνθρώποις.* Studio ac labore non exiguo opus est et magistris peritis, quibus ducibus innatae illae virtutes, pudor et iustitia, excolantur, et necessaria homines ornentur doctrina. Atque re vera inde a primo vitae initio ad virtutem cognoscendam impellimur. Quum primum loqui sciunt parvuli, et nutrix et mater et paedagogus paterque inter se certant edocturi illos, quid sit iustum, iniustum, honestum, turpe, quid sit pium, quid impium, quid agendum sit, quid vitandum. Deinde ad ludi magistros deducti litterarum elementis imbuuntur, ut bonorum poetarum versus ediscere et recitare possint, quibus excitentur ad imitandos viros carminibus celebratos. Arte musica animi eorum rhythmo atque harmonia temperantur, gymnastica corpora firmantur, ut firmos animos sustentare valeant. Tum vero scholis relictis magistratibus curae est, ut leges et instituta publica cives iuvenes cognoscant eisque obtemperent. Sed ut in aliis rebus, sic in virtute cognoscenda sibique paranda ingenia hominum sunt diversa, ut non sit mirandum, nonnullos ceteris excellere et saepe patribus filios esse multo inferiores. Summum vero momentum positum est in sana iuvenum institu-

tione: nam proprie quidem unus quisque civis virtutis politicae pro viribus suis magister est: sed si quis facultate virtutem docendi ceteris antecellit, is magister est praeferendus. Quorum cum ego unus esse videar, hominibus virtutem me docere profiteor, doctrinam mercede quam exigo satis dignam. — Ita fere Protagoras pag. 325. C — 328. C.

Virtutis partes, si quidem haec quoque sunt Protagorae, statuit quinque: *σωφροσύνην, δικαιοσύνην, ὁσιότητα, ἀνδρίαν, σοφίαν*. Pag. 349. B: *Ἦν δέ, ὡς ἐγῷμαι, τὸ ἐρώτημα τόδε· σοφία καὶ σωφροσύνη καὶ ἀνδρία καὶ δικαιοσύνη καὶ ὁσιότης, πότερον ταῦτα, πέντε ὄντα ὀνόματα, ἐπὶ ἑνὶ πράγματί ἐστιν*, et q. seqq. — *ἔφησθα οὖν σύ, οὐκ ὀνόματα ἐπὶ ἑνὶ εἶναι, ἀλλὰ ἕκαστον ἰδίῳ πράγματι τῶν ὀνομάτων τούτων ἐπικεῖσθαι, πάντα δὲ ταῦτα μόρια εἶναι ἀρετῆς, οὐχ ὡς τὰ τοῦ χρυσοῦ μόρια ὅμοιά ἐστιν ἀλλήλοις καὶ τῷ ὅλῳ οὗ μόριά ἐστιν, ἀλλ' ὡς τὰ τοῦ προσώπου μόρια καὶ τῷ ὅλῳ οὗ μόριά ἐστιν καὶ ἀλλήλοις ἀνόμοια ἰδίαν ἕκαστα δύναμιν ἔχοντα*. — D: *Ἀλλ' ἐγώ σοι, ἔφη, λέγω, ὦ Σώκρατες, ὅτι ταῦτα πάντα μόρια μέν ἐστιν ἀρετῆς* et q. s. Cfr. pag. 329. C — 330. Omnium praestantissimam habet *σοφίαν* (pag. 329. E: *Ἔστι γὰρ οὖν καὶ ταῦτα μόρια τῆς ἀρετῆς, ἔφην ἐγώ, σοφία τε καὶ ἀνδρία; Πάντων μάλιστα δήπου, ἔφη, καὶ μέγιστόν γε ἡ σοφία τῶν μορίων*. Conf. pag. 352. D), et, ut videtur, eandem atque *ἐπιστήμην*, cum pag. 330. B *ἐπιστήμη* pro *σοφία* et pag. 352. D *σοφίαν καὶ ἐπιστήμην* dicat *πάντων κράτιστον τῶν ἀνθρωπείων πραγμάτων*. — Qui igitur *ἀνδρίαν, σωφροσύνην, δικαιοσύνην, ὁσιότητα, σοφίαν* sibi paraverit, is est virtute instructus, qua omnium rerum nihil praestantius (pag. 349. E.)

De Protagorae scriptis, quae ad ethicam pertinent, vid. lib. IV. cap. III.

CAPUT IV.

Iam vero cum superioribus capitibus sophistae placita ex veterum testimoniis definita sint, de Protagoreae philosophiae natura atque consilio paucis exponere liceat.

Heracliteis ex fontibus Protagoram suae rationis sumpsisse

fundamenta vel ex primis eius placitis apparere cap. I. §. 1. indicavimus. Qua de re cum non omnes mecum consentire sciam, haec quaestio paullo accuratius tractanda erit. Sunt enim qui Protagoram Democriti dicant sectatorem, cuius sententiae primi auctores fuerunt fabulatores illi lib. I. cap. I. in examen vocati. Atque eorum fide Geelius potissimum nititur, qui pag. 86. paucis verbis rem tetigisse satis habet: „Hauserat iam, sicut e supra disputatis apparuit, Protagoras e Democritea disciplina eam dubitandi rationem, quae rerum veritatem tolleret." Supra disputata autem illa quae dicit cum nihil sint nisi fabellae istae, quibus Protagoras a Democrito philosophus e baiulo factus esse narratur, hac quidem e parte nihil probari potest. Similitudinem autem, quam Protagorae inter dubitandi rationem atque Democriti intercedere dicit Geelius, si diligentius perpenderis, perlevem esse apparebit. Sed cum Geelius sententiam suam indicaverit potius quam explicaverit, ego quoque falsam esse illam atque diversissimis utriusque dubitationem niti fundamentis indicasse in praesens satis habeo ad ea quae paullo infra disputabo lectorem delegans. Apud Geelium vero proxime sequuntur: „Erat autem tum temporis imprimis in Magna Graecia et Sicilia uberrimus proventus philosophorum physicorum, qui de rerum natura non satis intellecta disputantes cum solida fundamenta suae philosophiae substernere non possent, eam vanae captiosaeque dialecticae adiumento stabilire conarentur, quibuscum ut probabile est Protagoram fuisse versatum, ita sponte intelligitur, virum bono ingenio, neque tamen diuturno philosophiae studio subacto, sed rhetoricae studiosissimum: hunc igitur Eleaticae maxime rationi adhaesisse quippe suo consilio imprimis accomodatae." Sed quid Protagorae cum Eleaticis philosophis commune fuerit equidem certe non perspicio: quorum ille propter aeternum omnium rerum fluxum nihil esse statuit praeter ipsam motionem, his ipsum τὸ ὄν id visum est, quod solum esset semperque immutabile. Quodsi igitur Protagorae rationi Eleaticorum tota erat contraria, quis sophistam, ut vanae captiosaeque dialecticae adiumento philosophiam suam stabiliret, Eleaticis adhaesisse credat, cum propria ipsius philoso-

phandi ratione Protagorae artem dialecticam niti atque per placitum IX. artissime cum illa esse coniunctam neminem fugere possit?

Sed gravior exstat nostrae sententiae adversarius, Car. Frid. Hermannus, qui Zimmermanni Ephemerid. (Zeitschrift für Alterthumswissenschaft) 1834. pag. 369. et q. seqq. et libri de Platonis philosophia editi vol. I. pag. 190. nonnulla quidem a Protagora ex Heracliti de rerum fluxu placito depromta esse videri, sed totam Protagoreae philosophiae naturam cum Democriti potius ratione congruere dicit. „Dass dieser“, inquit Ephemeridum l. l., „mit seinem *φαινόμενον ἀληθές* das Nämliche meinte wie Protagoras, die relative Wahrheit der Erscheinung, haben schon Aristoteles und seine Ausleger anerkannt; der einzige Unterschied zwischen beiden lag nur darin, dass Demokrit die Realität der Erscheinungen als solcher noch durch eine allgemeine Hinterlage als absolute Wahrheit zu retten suchte, die Protagoras consequenterweise wegfallen liess.“

Quod recte disputatum esse vix quisquam neget. Sed mihi quidem discrimen inter utrumque multo similitudine gravius esse videtur. Secundum Democritum enim sunt atomi et inane; quae ipsa sensibus non percipiuntur, sed res tantummodo ex atomis et inani compositae, quarum quidem non vera est essentia, sed quae, quantum quidem sunt, sensuum affectionibus ita cognoscuntur, ut qualia sint, talia sensibus appareant. Hoc igitur est *τὸ κράτος τῆς πίστεως*, quod *ταῖς αἰσθήσεσι* se attributurum Democritus in libro *Κρατυντήρια* inscripto pollicitus esse dicitur a Sexto adv. Math. lib. VII. §. 136. Conf. praeter alios Arist. de An. lib. I. cap. 3: *Ἐκεῖνος μὲν γὰρ ἁπλῶς ταὐτὸν ψυχὴν καὶ νοῦν· τὸ γὰρ ἀληθὲς εἶναι τὸ φαινόμενον· διὸ καλῶς ποιῆσαι τὸν Ὅμηρον ὡς Ἕκτωρ κεῖτ' ἀλλοφρονέων.* Metaph. lib. III. cap. 5: *Τὸ φαινόμενον κατὰ τὴν αἴσθησιν ἐξ ἀνάγκης ἀληθὲς εἶναί φασιν. ἐκ τούτων γὰρ καὶ Ἐμπεδοκλῆς καὶ Δημόκριτος καὶ τῶν ἄλλων ὡς ἔπος εἰπεῖν ἕκαστος τοιαύταις δόξαις γεγένηνται ἔνοχοι.* Ad cognoscenda igitur *τὰ φαινόμενα* sensuum affectionum testimonia sunt certissima. Sed relativa est veritas

inde effecta, quia *τὰ φαινόμενα* parum sunt constantia, sed pro diversa quae inter varios hominum sentientium habitus et rerum qualitates sensibiles intercedit ratione mutantur, neque vere sunt. Sext. Emp. adv. Math. lib. VII. §. 135: *Δημόκριτος δὲ ὅτι ἀναιρεῖ τὰ φαινόμενα ταῖς αἰσθησεσι καὶ τούτων λέγει μηδὲν φαίνεσθαι κατὰ ἀλήθειαν ἀλλὰ μόνον κατὰ δόξαν· ἀληθὲς δὲ ἐν τοῖς οὖσιν ὑπάρχειν τὸ ἀτόμους εἶναι καὶ κενόν. „Νόμῳ γάρ", φησί, „γλυκὺ καὶ νόμῳ πικρόν, νόμῳ θερμόν, νόμῳ ψυχρόν, νόμῳ χροιή, ἐτεῇ δὲ ἄτομα καὶ κενόν." ἅπερ νομίζεται μὲν εἶναι καὶ δοξάζεται τὰ αἰσθητά, οὐκ ἔστι δὲ κατὰ ἀλήθειαν ταῦτα· ἀλλὰ τὰ ἄτομα μόνον καὶ τὸ κενόν.* Quare sensuum affectionibus opponit alteram cognoscendi rationem genuinam, quae mente fiat: §. 138: *Ἐν δὲ τοῖς Κανόσι δύο φησὶν εἶναι γνώσεις, τὴν μὲν διὰ τῶν αἰσθήσεων, τὴν δὲ διὰ τῆς διανοίας· ὧν τὴν μὲν διὰ τῆς διανοίας γνησίην κατάγει προσμαρτυρῶν αὐτῇ τὸ πιστὸν εἰς ἀληθείας κρίσιν· τὴν δὲ διὰ τῶν αἰσθήσεων σκοτίην ὀνομάζει ἀφαιρούμενος αὐτῆς τὸ πρὸς διάγνωσιν τοῦ ἀληθοῦς ἀπλανές. λέγει δὲ κατὰ λέξιν· „Γνώμης δὲ δύο εἰσὶν ἰδέαι, ἡ μὲν γνησίη, ἡ δὲ σκοτίη. καὶ σκοτίης μὲν τάδε σύμπαντα· ὄψις, ἀκοή, ὀδμή, γεῦσις, ψαῦσις. ἡ δὲ γνησίη ἀποκεκριμένη δὲ ταύτης." εἶτα προκρίνων τῆς σκοτίης τὴν γνησίην ἐπιφέρει λέγων· „Ὅταν ἡ σκοτίη μηκέτι δύναται μήτε ὁρῆν ἐπ' ἔλαττον μήτε ἀκούειν μήτε ὀδμᾶσθαι μήτε γεύεσθαι μήτε ἐν τῇ ψαύσει αἰσθάνεσθαι· ἀλλ' ἐπὶ λεπτότερον —" Οὐκοῦν καὶ κατὰ τοῦτον ὁ λόγος ἐστὶ κριτήριον, ὃν γνησίην γνώμην καλεῖ.* Atque cum rerum sensibilium quoque scientia opus esset ad veram percipiendam essentiam, ex illis vero nulla posset certa effici veritas: in profundo veritatem penitus esse abstrusam dixit. Vid. §. 136: *Φησὶ γάρ· „Ἡμεῖς δὲ τῷ μὲν ἐόντι οὐδὲν ἀτρεκὲς συνίεμεν, μεταπῖπτον δὲ κατά τε σώματος διαθήκην καὶ τῶν ἐπεισιόντων καὶ τῶν ἀντιστηριζόντων." καὶ πάλιν φησί· „Ἐτεῇ μέν νυν ὅτι οἷον ἕκαστόν ἐστιν ἢ οὐκ ἔστιν οὐ συνίεμεν, πολλαχῇ δεδήλωται."* Diog. Laert. lib. IX. §. 72: *Δημόκριτος δὲ τὰς ποιότητας ἐκβαλὼν (κατ' αὐτοὺς σκεπτικὸς τυγχάνει), ἵνα φησί· „Νόμῳ ψυχρόν, νόμῳ θερμόν· ἐτεῇ δὲ ἄτομα καὶ κενόν." καὶ πάλιν·*

„*Ἐτεῇ δὲ οὐδὲν ἴδμεν· ἐν βυθῷ γὰρ ἡ ἀλήθεια.*“ Conf. Mullachius pag. 205.

Protagoras vero unam motionem esse dicit, unde omnia oriantur, universam atque continuam. Ex motione gignuntur eodem tempore et sensus sentientes et res quibus illi afficiuntur. Quodcunque igitur aliquis esse putat, id ei est. Recte ergo Hermannus contra Herbstium (pag. 118.) Protagorae et Democriti *ἀλήθειαν πρός τι* eandem esse dicit, „die relative Wahrheit der Erscheinung.“ Sed haec similitudo discrimine, quod inter utriusque *τὸ φαινόμενον ἀληθές* intercedere ipse indicavit, tollitur vel compensatur certe tota. Protagoras enim cum praeter ea quae sensibus apparerent nihil esse diceret (nam motionem nunc taceo), nullam statuere potuit veritatem, nisi quae per sensuum affectiones pararetur: quae cum semper variarentur, ut eadem res alii alia et esse videretur et esset, ex Protagorae ratione *μὴ μᾶλλον εἶναι τοῖον ἢ τοῖον* recte iam a veteribus observatum est. *Ἀλλά*, ut Plutarchi verbis utar pag. 90. citatis, *τοσοῦτόν γε Δημόκριτος ἀποδεῖ τοῦ νομίζειν μὴ μᾶλλον εἶναι τοῖον ἢ τοῖον, ὥστε Πρωταγόρᾳ τῷ σοφιστῇ τοῦτο εἰπόντι μεμαχῆσθαι καὶ γεγραφέναι πολλὰ καὶ πιθανὰ πρὸς αὐτόν.* Conf. Sext. Empir. loc. ibidem indic. et Diog. Laert. lib. IX. §. 42. Unde quum constet Democritum hac ipsa de re a Protagora dissensisse, nostrum est quid illud fuerit discriminis explicare. Est vero idem illud, quod Hermannus verbis indicavit supra exhibitis. Secundum Protagoram enim cum nihil sit nisi quae in sensus cadant, sensuum in omnibus quaecunque sunt unica fides est. Democritus vero cum rebus sensibilibus atomorum supponat et spatii inanis veram essentiam, quae non sensibus percipiatur, sensibus in ipsa cognoscenda certa veritate exigua tantum est fides. Democriti igitur *μηδὲν μᾶλλον τοιοῦτον ἢ τοιοῦτον εἶναι* (Simplicius in Physica fol. 7.), quum vera essentia non in rebus sensibilibus, ad quas verba illa pertinent, posita sit, minus late patet, quia in ipsam essentiam non valet. Protagorae vero *μὴ μᾶλλον εἶναι τοῖον ἢ τοῖον* in omnia valet quaecunque sunt, quia nihil est praeter ea quae sensibus apparent. Atque cum ex Protagorae placito res sensibiles adeo

ab hominum sensibus pendeant, ut, priusquam cum sensibus congressae illis sentiantur, ne sint quidem: secundum Democritum ex atomis et spatio formatae sunt certisque qualitatibus distinctae nulla ratione habita utrum sensibus percipiantur necne *). Quae discrimina quamvis levia dicat Hermannus, tamen ipsi Democrito adeo gravia videbantur, ut multum contra sophistam scribere necessarium putaret, ne quis forte suum placitum cum Protagorae sententia confunderet, ut postea fecit Philoponus ad Aristot. de An. lib. II. pag. 16: *'Αντικρὺς γὰρ εἶπεν ὁ Δημόκριτος, ὅτι τὸ ἀληθὲς καὶ τὸ φαινόμενον ταὐτόν ἐστι, καὶ οὐδὲν διαφέρειν τὴν ἀλήθειαν καὶ τὸ τῇ αἰσθήσει φαινόμενον, ἀλλὰ τὸ φαινόμενον ἑκάστῳ καὶ τὸ δοκοῦν τοῦτο καὶ εἶναι ἀληθές, ὥσπερ καὶ Πρωταγόρας ἔλεγεν.* — Sed hoc ipsum magnopere esset mirandum, quod Protagoras, quanquam e Democriti philosophia suam hausisset, Heracliteam illam meram motionem potius dixisset quae sola esset et unde omnia gignerentur, nec vero cum Democrito atomis et inani spatio veram tribuisset essentiam. Nam quod Hermannus ait: „— dass Demokrit die Realität der Erscheinungen als solcher noch durch eine allgemeine Hinterlage als absolute Wahrheit zu retten suchte, die Protagoras consequenterweise wegfallen liess, weil die Realität eines Gegenstandes wesentlich auf seinen Eigenschaften und Bestimmtheiten zu beruhen und folglich nur in seiner individuellen Erscheinung, nicht in einem unbestimmten Etwas seinen Grund haben zu können schien, das an sich den Sinnen ganz incommensurabel war. So trug er die Realität selbst auf die Erscheinung über, und

*) Conf. Brandisius Mus. Rhen. 1829. pag. 136: „Die Einsicht, dass, was so abhängig vom Wechsel der Verhältnisse zwischen dem Auffassenden und Aufgefassten ist, wie Wärme, Kälte und überhaupt die Qualität, welche durch Affektionen der Empfindung von uns aufgefasst wird, nichts Wahrhaftes sein könne (*οὐκ ἔστι κατ' ἀλήθειαν ταῦτα*): dass aber darum nicht mit Protagoras jede Vorstellung für blosse Affektion des Wahrnehmenden und für gleich wahr und unwahr zu halten sei, sondern den Qualitäten zu Grunde liegen müssten die für allgemein gültige Bestimmungen geeigneten Verhältnisse des Raumes: — diese Einsicht sichert den ersten Atomikern und namentlich dem Demokritus eine ehrenvolle Stelle in der Geschichte der Philosophie und beseitigt den Vorwurf, es habe für sie gar kein Wissen (Ritter S. 576.) oder kein Anknüpfungspunkt für die Verstandeserkenntniss Statt gefunden.“

sagte *τὸ φαινόμενον ἑκάστῳ τοῦτο καὶ ἔστι*, was Demokrit, der die Atome allein als *ὄντα* betrachtete, nicht hätte sagen können." — haec igitur omnia quidem vera sunt, nisi quod illud „consequenterweise" non satis intelligitur. Cur enim Protagorae, si Democriteam philosophiam suae posuit fundamentum, atomi et spatium inane, quibus tota illa erat nixa, „consequenterweise" missa facienda fuerint, equidem nescio. Immo ita tantummodo ipse sibi constitisse dici potest, si ex Heraclitea doctrina non solum mutuatus est nonnulla, id quod Hermannus concessisse satis habet („Um seine Ansicht objectiv zu begründen oder vielmehr vorstellig zu machen, scheint Protagoras allerdings auch manches aus der Heracliteischen Lehre von dem ewigen Flusse entlehnt zu haben, wenn die von Herrn Herbst S. 115. aufgeführten Stellen seine Worte treu wiedergeben."), sed Heracliteum illud de universa motione placitum Protagorae quoque *ἀρχὴ* erat, *ἐξ ἧς πάντα ἤρτηται* (Plat. Theaet. pag. 156. A.). Nam hoc ex principio accurata ratiocinatione Protagoras ut ad cetera placita sua, ita ad suum pervenit *τὸ φαινόμενον ἀληθές*, id quod, si ex Democriti doctrina atomorum posuisset et spatii inanis veram essentiam, „consequenterweise" non potuisset. Quare ego Platoni assentire non dubito, qui Heracliteam hanc Protagoreorum placitorum naturam probe perspexit: vid. Theaet. pag. 152. D: *Ἔστι μὲν γὰρ οὐδέποτ' οὐδέν, ἀεὶ δὲ γίγνεται. καὶ περὶ τούτου πάντες ἑξῆς οἱ σοφοὶ πλὴν Παρμενίδου ξυμφέρεσθον, Πρωταγόρας τε καὶ Ἡράκλειτος καὶ Ἐμπεδοκλῆς.* Ubi dualis numerus verbi *ξυμφέρεσθον* a Stallbaumio recte eo explicatur, quod, quanquam tria sint nomina, duo tantummodo quasi genera horum esse philosophorum Plato indicare voluerit, quorum alterius sint Heraclitus et, qui idem posuerit suae rationis principium, Protagoras, alterius Empedocles, cuius de motione placitum ab illis sit diversum. Conf. pag. 160. D.

Quae vero discrimina Hermannus interesse monuit Protagorae inter et Heracliti placita, eis certe Heracliteum esse Protagoreae philosophiae fundamentum nequaquam refellitur. Theophrasto auctore (de Sens. §. 27.) ex Anaxagorae Hera-

clitique sententia dissimilia dissimilibus sentiri ait, non vero similia similibus, quia omnino similia similibus affici nullo modo queant. Protagoram vero, ut Democritum, tantum similia similibus percipi statuisse, atque cum fluerent res sensibiles, etiam sensus moverentur necesse esse: cuius rei in testimonium vocat Philoponi verba ab Herbstio pag. 115. exhibita: *Τῶν γὰρ πραγμάτων ἐν κινήσει ὄντων δεῖν καὶ τὸ γιγνῶσκον τὰ πράγματα ἐν κινήσει εἶναι, ἵνα συμπαραθέον αὐτοῖς ἐφάπτηται καὶ ἐφαρμόζῃ αὐτοῖς· τὸ γὰρ ἑστὼς πῶς ἂν γνοίη τὸ κινούμενον;* Qua in re vereor ne Hermannus auctoribus quos secutus est nimium tribuerit. Primum enim neque Theophrasti de Heraclito testimonium in universum valere, neque praeter Protagoram solius Democriti proprium esse placitum illud, iam Zellerus monuit libri de Graecorum philosophia editi tom. I. pag. 258: „Das Letztere indessen, wenn es auch Theophrast sagt, ist doch höchstens nur halb wahr, denn das Allgemeine, das Urfeuer, erkennt der Mensch eben vermöge seiner Gleichartigkeit mit der Seele (Fr. 40 bei Schleiermacher WW. III, 2, 93. vgl. ebd. S. 136.); und der Satz, welchen Protagoras mit Demokrit gemein hat, gehört nicht diesem allein an: s. Arist. de An. I. 2. 404, b, 8.“ Sed accedit quod dixeritne re vera Protagoras similia similibus tantum percipi magnopere ego dubito. Neque enim aliis hoc quos sciam scriptorum locis apparet neque Philoponi. Nam his certe verbis: *Τὸ γὰρ ἑστὼς πῶς ἂν γνοίη τὸ κινούμενον;* etiamsi Protagorae esse contendas (quod quidem mihi persuadere non possum: immo de suo Philoponus addidit, ut Protagorae sententiam explicaret) non indicatur similitudo aliqua sensuum rerumque sensibilium, sed congredi non posse sensus cum rebus sentiendis neque ideo fieri sensuum affectiones, si rebus fluentibus sensus suis locis haererent. Quod vero de Cratylo profert Hermannus: „Schon Plato's Kratylus muss auf den Unterschied beider führen, indem dort der Heracliteer Kratylus gerade das Gegentheil von dem Protagoreischen Satze behauptet.“ — de hoc quoque argumento ego non possum quin Zelleri verba l. l. mea faciam: „Was endlich noch gesagt wird, der Heracliteer Kratylus behaupte bei

Plato das gerade Gegentheil des Protagorischen Satzes, kann ich nicht finden; meine vielmehr in der Behauptung, dass alle Namen gleich richtig — (Krat. S. 429. B) und noch mehr in der gleich darauf folgenden, dass Niemand Falsches, also Nichtseiendes, sagen könne, ganz die Ansicht des Protagoras zu finden.“ Unum quidem, quod Hermannus protulit, verum est Heracliti inter et Protagorae philosophiam discrimen. Ex utriusque enim sententia contraria vera esse possunt: sed eo differunt, quod secundum Heraclitum cuique rei semper contraria sunt attributa nulla habita ratione utrum sensibus percipiantur necne: nam si non cognoscuntur, causa est in sensuum imbecillitate atque *ἰδίας φρονήσεως* fallacitate (Sext. Emp. adv. Math. lib. VII. §. 130: *Ὅθεν τὸ μὲν κοινῇ πᾶσι φαινόμενον τοῦτ' εἶναι πιστόν· τῷ κοινῷ γὰρ καὶ θείῳ λόγῳ λαμβάνεται· τὸ δέ τινι μόνῳ προσπῖπτον ἄπιστον ὑπάρχειν διὰ τὴν ἐναντίαν αἰτίαν*): secundum Protagoram vero cuique rei contraria attribui possunt nonnisi sensibus percepta: nam quae non in sensus cadunt, non sunt. Secundum Heraclitum contraria cuique rei attributa sunt *φύσει*, secundum Protagoram *νόμῳ* (Ammon. Herm. I. pag. 88. ind.). Haec igitur vera est discrepantia: sed quis unquam singula quaeque Heracliti placita Protagoram sua fecisse putet? An fortasse quisquam demonstrare possit, Democriti doctrinam integram a sophista esse receptam, apud quem de atomis, quae illi propriae sunt, ne verbum quidem inveniatur? Inde enim nihil efficitur, nisi valde errasse Herbstium, qui pag. 110. et q. seq. hanc ferat de Protagorae philosophia sententiam omni ex parte perversam: „Was Wunder also, wenn auch Protagoras, zumal bei seinem grossthuerischen Wesen, wie wir es in seiner Sophistik kennen lernen, einen Anknüpfungspunkt für seine Rhetorik in den damaligen philosophischen Systemen suchte, um sein Gebäude nicht in der Luft fliegen zu lassen, und um seine Bestrebungen selbst zu entschuldigen. Nehmen wir seinen früheren elementar-wissenschaftlichen und spätern rhetorischen Unterricht in Rücksicht, so können wir ihn schwerlich für einen wahren Philosophen gelten laasen, da er es an jeder eigenthümlichen Darlegung und Vertheidigung ermangeln

lässt, und finden diess natürlich, da er nicht durch seine philosophischen Grundsätze auf die Rhetorik, sondern durch diese auf jene geführt worden ist.“ Quibus verbis quaecunque de Protagora pronuntiata sunt, singula quaeque falsa esse partim iam apparet, partim progrediente disputatione planum fiet.

Quae cum ita sint, ego de hac quaestione non possum quin ita statuam. Protagoras universae doctrinae suae fundamentum posuit Heracliteum illud omnia moveri, quo ex principio unum quodque eius placitum facile potest deduci quoque omnia sunt quasi perfusa. Sed non recoxit tantummodo Heraclitea: immo proprio ingenio in fundamento illo novam condidit rationem.

Si quis vero quid tandem Protagoras philosophia sua consecutus sit requirat, hoc igitur duplex est. Quod enim ad res attinet, nihil esse statuit: quod vero ad hominem, omnium eum rerum esse mensuram. Atque priore quidem illo nihil profectum esse dixeris, cum satis habuerit sophista negare potius quam condiderit aliquid. Sed hoc ipso placito Protagoras et, qui cum illo hac in re congruit, Gorgias ostenderunt, aliam esse quaerendam veram essentiam quam quae vulgo diceretur: quam quidem investigandam ipsi aliis reliquerunt. Multo plus vero ad philosophiam promovendam eo contulit Protagoras, quod hominem dixit omnium rerum mensuram. Eo enim mentem sui consciam reddidit rebusque superiorem praeposuit. Mens vero simulac sui compos facta est, insolentia quadam quasi gestiens iustos fines excessit. Nam cum rerum essentia, quae insuper perpetua motione facta est relativa, a sensuum affectionibus pro diverso sive eiusdem hominis sive diversorum habitu diversis tota pendeat, non homo *κατ' εἶδος* dictus, sed unus quisque homo rerum est mensura. Mentis enim notio non est communis quaedam, ad quam omnia sint referenda, sed verum est quod unus quisque *ἰδίᾳ φρονήσει* verum esse putat. Atque hoc est praecipue quo ab Heraclito Protagoras differt, quoque singulorum utriusque placitorum discrepantia tota explicatur. Sophista enim alteram tantummodo Heracliteae doctrinae partem, quae est de aeterna motione, suam fecit, omisso illo, quo motionum varietas quasi

unitate temperaretur, ξυνῷ λόγῳ, quo Heraclitus Socrati aliqua ex parte viam praeivit. Hac ipsa vero de causa factum est, ut mens, quanquam contra res surrexit, tamen totam se a rebus liberam vindicare nondum posset. Nam ut nihil est, nisi quod sensibus percipiatur, ita cogitatio rerum sensibilium finibus est circumscripta. Mentis libertas ergo singulorum hominum variis ac mutabilibus continetur affectionibus, non notionis universae constitutione. Erat autem praecipua aberrationis causa in sophistae sententia de cognoscendi origine, ea quidem cum primario de universo fluxu placito tum perverso illo nixa principio, quo rerum sensibus percipiendarum una statuitur essentia, sensuumque affectiones ponuntur cognitionis fundamenta. Quae quidem ratio non sophistarum erat propria et singularis, sed ceterorum fere qui ante Socratem vixerunt philosophorum: ut etiam illae doctrinae, quae contrario uterentur fundamento, novam rationem suam non eo cum successu stabilire possent, ut altera illa obsolesceret. Quamvis igitur Gorgiae et Protagorae placita nulla ex parte perfecta fuerint, hoc certe sophistae effecerunt, ut ea via, qua usque ad illud tempus philosophi usi essent, verum inveniri non posse ostenderent. Quod ut persequerentur, rationibus illis utebantur contrariis, quibus ante Socratem universa fere Graecorum philosophia contineretur, Eleaticorum, qui τοῦ ὄντος veram dicerent essentiam, et Heracliteorum, qui omnia moveri ac mutari statuentes ipsum esse sustulerunt. Utrorumque sententia eo laborabat, quod unam tantum cum universae naturae tum cognoscendi partem respexerunt altera prorsus neglecta. Quo factum est ut utraque philosophandi ratio, exitii causam quasi innatam sibi habens, ab ipsius sectatorum uno dissolveretur, qui in sua ratione tractanda nimius esset: in Heracliteis Protagoras, in Eleaticis Gorgias. Sophistis igitur hoc sane concedendum est, quod subiectivitatis quod nunc dicunt principio, quanquam ratione minus vera tractato, Socraticae philosophiae viam munierint.

Quod vero Protagorae de deis placitum attinet, Philostratus sophistae de illorum essentia dubitationem e magorum Persarum disciplina duducendam esse putat vita Protagorae

ed. Kayser. pag. 15: *Τὸ δὲ ἀπορεῖν φάσκειν εἴτε εἰσὶ θεοὶ εἴτε οὐκ εἰσὶ δοκεῖ μοι Πρωταγόρας ἐκ τῆς Περσικῆς παιδεύσεως παρανομῆσαι.* Qua in re Flavium falsum esse neque unquam cum Persarum magis consuetudinem fuisse Protagorae supra demonstratum est. Immo temporibus illis philosophi satis multi exstiterunt, qui, quum non veros esse antiquos illos Graecorum deos intellexissent, sed superstitiosa niti religione, liberius de illis iudicarent. Non possum non ascribere locum, quo hanc illius aetatis naturam pulcherrime descripsit Welckerus Mus. Rhen. 1835. pag. 640: „Und an dieser Gewaltsamkeit und Voreiligkeit sieht man, wie die Edeln unter den Reformatoren jener Zeit, nach deren Geist und Character, wenn sie hätten durchdringen können, zuletzt zwar die unmittelbare Heiligkeit der hellenischen Götter gefallen, das ewig Wahre aber in einer grossen Metamorphose höher und würdiger hervorgetreten sein würde, wie diese in dem Eifer altväterischer Orthodoxie Ursache genug hatten, ihre Erkenntniss und Ueberzeugung zum Theil in dem Esoterischen der Schule und der Freundschaft zurückzuhalten, obgleich wir auch jener ihr Recht und ihren Beruf, geheiligte, zugleich mit allem Bestehen alt gewordene, geharnischte Vorurtheile in geschlossenen Reihen und mit weit vorgeschobenen Wachposten zu vertheidigen, im Allgemeinen nicht bestreiten. Es giebt Zeiten nothwendiger Partheiung, besonders auch im Religiösen, in welchen neue Wahrheiten und innere Bedürfnisse, längst im Stillen von einem höheren Walten vorbereitet, mit solcher Stärke wirken, dass die Altgläubigkeit, um zu erhalten und zu schirmen was ihre Form und Farbe trägt, auch die natürliche, rein menschliche Wahrheit, den arglos zum Licht und höheren Wohle gewendeten Sinn verfolgt, wohlwissend, dass auch diesem Neuen der Irrthum und der Missbrauch sich anheften werde, und das Vollkommene nicht zu finden, das Bessere schwer abzuwägen sei.“ — Hac igitur in temporum indole etiam Protagorae dubitationis causa posita erat, neque Persarum magis ad deducendam illam atque explicandam egemus. Fere omnes vero, qui talia novantes quae antea valuissent prius tollere vellent; quam haberent meliora,

quibus in illorum locum repositis pio populi sensui satisfacerent, inanis studii poenas dederunt. Atque profecto, si quis talem dubitationem Protagorae in crimine ponere velit, idem in plurimos cadat illius temporis philosophos: ut hoc tantummodo inter utrosque intersit, quod sententiam, quam ceteri vel reticere prorsus vel certe non planis verbis explicare satius duxerint, ipse in omnium auribus ingenue proloqui sit ausus. Attamen vulgo de Protagora hoc ipsum ob placitum iniquius iudicant. Ut omnes de eo, quod ipsi verum esse videbatur, edoceret, quanquam se plurimorum invidias atque odia sibi contracturum aliorum exemplis edoctus probe sciebat, periculosae plenum opus aleae tractare non reformidabat, sed sententiam suam libro expositam septuagenarius publici iuris fecit. Vix vero certae se obiecisset perniciei, nisi de suae sententiae veritate atque operis suscepti praestantia ipsi persuasum fuisset. Atque mihi quidem talia verba: „An sint dei an non sint, ego nescio: multa enim sunt, quibus quominus sciamus prohibeamur, atque multo brevior vita humana, quam ut sufficiat ad rem tam obscuram cognoscendam:" — haec igitur verba mihi eius esse videntur, qui deos quales vulgo quidem ab aequalibus credantur fictos esse intellexerit, sed illis sublatis quod ipse amplectatur quaerat, necdum vero invenerit. Nam ne sophista quidem eo sensu caruit, esse numen quoddam quo res humanae regantur. Vanos quidem esse deos quales illa aetate vulgo colebantur probe perspexit: sed quale esset numen illud animo sibi effingere nondum potuit.

Ethica denique Protagorae placita nulla sane ex parte sophistam sapiunt, qui se ipse statuat omnium rerum mensuram: immo legum morumque antiquorum observantia tota sunt nixa. Magis quidem sibi constitisset, si, ut alii sophistae, quaecunque lege et usu constituta essent nihili faciens ad singulorum hominum voluntates ac libidines omnia retulisset. Sed *αἰδώς* illa, unde ex Protagorae sententia virtus oritur, ipsum prohibuit, ne placitum de homine rerum mensura in hunc quoque disciplinae suae locum inferret. Hoc igitur prae ceteris apparet, Protagoram, quamvis accurata argumentatione placita

sua de rerum natura et singula e singulis deduxerit et artis dialecticae posuerit fundamenta, tamen, ubi sive cum usu legibus sacrisque institutionibus sancito sive cum ipsius probitate morumque sinceritate pugnarent, illa missa facere non dubitasse. Quod ut philosopho iure crimini vertas, homini laudi ducendum est. Quod maxime igitur vulgo de sophistis clamitant, ex ipsorum doctrina uni cuique homini bonum esse, unde commodum ei aliquod atque lucrum redundet: id Protagoras planis verbis negat. Non enim qui iucunde, is continuo bene vivit, sed qui honeste. Atque falsissimum est, quod Baumhauerus perdocta disputatione, qua examinat: „Quam vim sophistae habuerint Athenis ad aetatis suae disciplinam, mores ac studia immutanda", Traiecti ad Rh. superiore anno edita pag. 91: „Itaque", inquit, „hac (Protagorae) doctrina extinguebatur omnis verecundia et legum reverentia; quot enim diversa erant iudicia, tot iusti et veri habebantur normae." Nam hac in re quin Plato sit testis omnium locupletissimus vix quisquam dubitet. — Ceterum quam Stoici postea maxime excoluerunt indifferentium doctrinam, eius primum fuisse conditorem Protagoram monemus (vid. pag. 99.): nisi forte ex Antisthenis placitis, qui Gorgiae discipulus fuisse atque primum ipse quoque artem sophisticam docuisse dicitur, Plato hoc in Protagorae disciplinam intulit.

QUAESTIONUM PROTAGOREARUM

LIBER TERTIUS.

PROTAGORAE ARS SOPHISTICA.

Ad cognoscendam Protagorae artem sophisticam cum Aristophanis, Aristotelis aliorumque scriptis, tum Platonis dialogis fontibus est utendum. Qua in re quod de libro secundo praemonuimus, in hanc disciplinae eius partem etiam magis valet. Videndum est enim, ne quae adversarii de Protagora protulerunt temerius credamus, ante omnia vero, ut Platonis auctoritate nonnisi summa cum cautione atque omnia diligentissime circumspicientes utamur: qui, quo erat contra sophistas animo infestissimo, saepissime eos cavillationibus tractavit atque dolo malo insectatus est: ut vix fieri posset, quin placita ac dicta eorum aut in peius detorqueret, aut talia eis tribueret quae nunquam dixissent. Persaepe etiam factum est, ut quae ii sophistarum statuissent, qui postea maxime florerent, antiquioribus ille imputaret, itaque in Gorgiam vel Prodicum vel Protagoram posteriorum mores ac sententias transferret. Quod cum in aliis Platonis libris tum haud raro reperitur in dialogo cui Protagorae nomen inscripsit: quo Plato non Protagoram potissimum sed sophistarum omnino rationem persequitur. Ut enim Aristophanes Nubibus non ipsum Socratem, quem phrontisterio praefecit, sed vanas sophistarum quaestiones cavillatur, itaque in Socratem cumulat, quae non sunt Socratis sed vulgarium illius temporis sophistarum: ita Plato profanum illud

vulgus totum profligaturus ut Socratica ratio victrix evaderet Protagoram omnium sophistarum praeclarissimum ac fama celebratissimum non potuit non eligere totius cohortis propugnatorem. Atque commodissime hoc fecit, si, id quod ego non dubito, Protagorae discipuli magistri doctrinam in malam partem amplificantes vanissimis studebant praestigiis dialecticis. Illos certe observandi atque examinandi Plato ampliorem habebat occasionem, quam ipsum Protagoram, qui Platonis anno duodevicesimo fato cessit. Ita, id quod saepe fieri solet, sectatorum vitia magistro sunt imputata.

CAPUT I.

Protagoras sophistam se profitebatur aperte id proloqui se audere glorians, cum priores sophistae eandem quidem artem tractavissent, sed, ut hominum invidias atque odia vitarent, aliis nominibus indutam. Vid. Prot. pag. 317. B: *Ἐγὼ οὖν τούτων τὴν ἐναντίαν ἅπασαν ὁδὸν ἐλήλυθα καὶ ὁμολογῶ τε σοφιστὴς εἶναι καὶ παιδεύειν ἀνθρώπους, καὶ εὐλάβειαν ταύτην οἶμαι βελτίω ἐκείνης εἶναι τὸ ὁμολογεῖν μᾶλλον ἢ ἔξαρνον εἶναι. καὶ ἄλλας πρὸς ταύτῃ ἔσκεμμαι, ὥστε, σὺν θεῷ εἰπεῖν, μηδὲν δεινὸν πάσχειν διὰ τὸ ὁμολογεῖν σοφιστὴς εἶναι.* Pag. 348. E: *Ὥστε καὶ ἄλλων ταύτην τὴν τέχνην ἀποκρυπτομένων σύ γ' ἀναφανδὸν σεαυτὸν ὑποκηρυξάμενος εἰς πάντας τοὺς Ἕλληνας σοφιστὴν ἐπονομάσας σεαυτὸν ἀπέφηνας παιδεύσεως καὶ ἀρετῆς διδάσκαλον.* Atque Hippocrates Protagoram aditurus pag. 311. E ut Phidias *ἀγαλματοποιός* et Homerus *ποιητής* dicantur, ita illum vulgo sophistam dici ait. A Socrate deinde rogatus, ut qui sibi sophista esse videatur dicat, pag. 312. C respondet: *Ἐγὼ μέν, ὥσπερ τοὔνομα, τοῦτον εἶναι (ἡγοῦμαι) τὸν τῶν σοφῶν ἐπιστήμονα.* Ille vero, cui nondum sufficit iuvenis responsum, quanam in re *σοφοὶ* sint sophistae quaerit. Ad quod Hippocrates *Τί ἂν εἴποιμεν*, inquit, *αὐτὸν εἶναι, ὦ Σώκρατες, ἢ ἐπιστάτην τοῦ ποιῆσαι δεινὸν λέγειν;* Socrati autem recte quidem dixisse, necdum vero satis rem explicasse videtur: *Ἐρωτήσεως γὰρ ἔτι ἡ ἀπόκρισις ἡμῖν δεῖται, περὶ ὅτου ὁ σοφιστὴς δεινὸν*

ποιεῖ λέγειν. Denique hoc inter eos convenit, sophistam iuvenes *δεινοὺς λέγειν ποιεῖν, περὶ οὗ αὐτὸς ἐπιστήμων ἐστί.* Quod ipsum vero quid sit nescientes ex ipso Protagora cognoscere habent antiquissimum. Quare Socrates Hippocratem in illius scholas inducit, quo consilio Protagoram ipsi convenire voluerint ita exponens: *Ἱπποκράτης ὅδε ἐστὶ μὲν τῶν ἐπιχωρίων, Ἀπολλοδώρου υἱός, οἰκίας μεγάλης τε καὶ εὐδαίμονος· αὐτὸς δὲ τὴν φύσιν δοκεῖ ἐνάμιλλος εἶναι τοῖς ἡλικιώταις. ἐπιθυμεῖν δέ μοι δοκεῖ ἐλλόγιμος γενέσθαι ἐν τῇ πόλει· τοῦτο δὲ οἴεταί οἱ μάλιστα γενέσθαι εἰ σοὶ συγγένοιτο.* (Pag. 316. B.) Hippocrates igitur Protagorae usu atque institutione illustrem civem se fore confidit, id quod eloquentiae potissimum studio se consecuturum putat. Eamque re vera primariam fuisse sophistarum professionem constat. Cum enim in Atheniensium civitate ii maxime valerent, quorum facultas maxima esset civium animos dicendo ad suam voluntatem regendi, hanc artem tradentes sophistae quin magno discipulorum numero semper gauderent fieri non potuit. Itaque sophistae nomen, quod antea significatione multo ampliore omnes artis alicuius peritos vel ingenio excellentes, praecipue quoscunque nunc dicimus philosophos, amplexum erat *), illius aetatis usu ad eos potissimum significandos valebat, qui quibuscunque artibus tunc iuvenes ad urbanam informabantur eruditionem, pecunia accepta docerent: qua de re a Platone potissimum quasi mercatoriis negotiis dediti saepius in reprehensionem vocantur:

*) Herodotus lib. I. cap. 29. cum ceteros illius temporis sophistas Sardis venisse ait,. tum Solonem. Idem lib. IV. cap. 95. Pythagoram, Androtio verò septem illos viros sapientissimos et Socratem sophistas appellavit (Aristid Decl. XLVI. pag 517. Cant. tom. II.. pag. 407. Dind.). Diog. Laert. *Οἱ δὲ σοφοί,* inquit lib. I. §. 12, *καὶ σοφισταὶ ἐκαλοῦντο· καὶ οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ ποιηταὶ σοφισταί, καθὰ καὶ Κρατῖνος ἐν Ἀρχιλόχοις τοὺς περὶ Ὅμηρον καὶ Ἡσίοδον ἐπαινῶν οὕτως καλεῖ.* Physiologi Ionici sophistae nominantur a Diogene Apolloniata teste Simplicio in Phys. f. 32. b. Ex Athen. lib. XIV. pag. 632. praecipue qui artem musicam tractabant sophistas dictos esse apparet. Vid. Themist. Or. XXIII. pag. 286. (347. Dind.), Eustath. ad Il. lib XV. ad fin. pag. 1028. ed. Basil. 1560, Phot. pag. 528. Pors. Atque recte Photius: *Σοφιστής· παρὰ τὸ σοφίζεσθαι.* Nam quod praeter alios Tennemannus Hist. phil. tom. I. pag. 354, Hegelius Schol. de Hist. phil. tom. II. pag. 5. et Herbstius pag. 129. sophistae nomen a *σοφίζειν* deducunt, ut sit qui sapientes facit homines, de eo vid. Hermannus Hist. phil. Plat. tom. I. pag. 204. cum annot. 204.

vid. Soph. pag. 231. D, Prot. pag. 313. C. — Atque multi quidem eorum *ἀρετήν* se docere profitebantur (Plat. Gorg. pag. 519. C): ex ipsorum autem numero alii illis irridebant, qui virtutem doceri posse contenderent, ante omnes Gorgias, cuius ars tota in persuadendo versabatur (Gorg. pag. 452. D, E. Men. pag. 95. B). Plerique multas scientias artesque singulas tradebant, ut musicam, mathematicam, astronomiam, id genus alia. Fuerunt etiam, qui omnia se scire gloriarentur, ut Hippias. — Quo factum est, ut sophistae modo rhetores dicerentur, modo virtutis doctores, modo tales viri, qui alios sapientes facerent; qua autem in re sapientes et facerent et ipsi essent, saepe nesciretur. Conf. Baumhaueri lib. pag. 114. ind. cap. II. Quare quae fuerit unius cuiusque professio, in singulis separatim est quaerendum.

Hippocrates igitur, ut ad Protagoram redeamus, vir insignis ac praeclarus futurus Protagorae doctrina imbui cupit. Is vero a Socrate rogatus, quamnam artem cum Hippocrate communicaturus sit, in dies illum sua disciplina meliorem fore respondet pag. 318. A: *Ὑπολαβὼν οὖν ὁ Πρωταγόρας εἶπεν· ὦ νεάνισκε, ἔσται τοίνυν σοί, ἐὰν ἐμοὶ συνῇς, ᾗ ἂν ἡμέρᾳ ἐμοὶ συγγένῃ, ἀπιέναι οἴκαδε βελτίονι γεγονότι, καὶ ἐν τῇ ὑστεραίᾳ αὐτὰ ταῦτα, καὶ ἑκάστης ἡμέρας ἀεὶ ἐπὶ τὸ βέλτιον ἐπιδιδόναι.* Quo promisso Socrates non contentus edoceri vult, qua in re iuvenis melior sit futurus. Ille vero, se multo superiorem confisus, Socratem iuniorem valde laudat, qui tam bene sciat interrogare, neque se deesse bene rogantibus. Iam vero multus est exponens, quanto praestantior ipsius sit ars quam ceterorum sophistarum, qui iuvenes perdant ac deteriores dimittant quam acceperint: adolescentes enim, qui artes fugerint, invitos ab illis ad artes repelli rationes, astronomiam, geometriam tradentibus; ipsum autem nihil aliud eos docere quam cuius causa se aggressi sint. Disciplinam vero suam his verbis definit pag. 318. E: *Τὸ δὲ μάθημά ἐστιν εὐβουλία περί τε τῶν οἰκείων, ὅπως ἂν ἄριστα τὴν αὑτοῦ οἰκίαν διοικοῖ, καὶ περὶ τῶν τῆς πόλεως, ὅπως τὰ τῆς πόλεως δυνατώτατος ἂν εἴη καὶ πράττειν καὶ λέγειν.* Quam sententiam Socrates paucioribus verbis eandem ita exprimere sibi videtur: *Δοκεῖς*

γάρ μοι λέγειν τὴν πολιτικὴν τέχνην· καὶ ὑπισχνεῖσθαι ποιεῖν ἄνδρας ἀγαθοὺς πολίτας. Atque Protagoras: *Αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτό ἐστιν*, inquit, *ὦ Σώκρατες, τὸ ἐπάγγελμα ὃ ἐπαγγέλλομαι.*

Qua disciplina quid iuvenum animos magis illicere atque in se convertere poterat? Quid maiore cum studio Athenienses adolescentes appetebant, quam laudem perfecti viri, qui in omnibus rebus et publicis et privatis ita semper se gereret, ut virum deceret? Et fuit sane Protagorae magnus semper discipulorum numerus. Iam cum primum Athenas aggressus esset, optimi quique iuvenes scholis eius intererant, et Hippocrates se ideo eum non audisse ait, quia ipse tunc etiam puer fuerit (Prot. pag. 310. E). Graeciae urbes peragrantem discipulorum quasi cohors continenter prosequebatur, quorum summa erat contra magistrum verecundia; atque tot tantaeque esse videbantur disciplinae eius virtutes, ut etiam ipsius mortui superstes esset gloria non deminuta (vid. lib. III. cap. I.).

Protagorae igitur erat, ut paucis comprehensa repetamus, *βελτίους ποιεῖν* vel *παιδεύειν τοὺς ἀνθρώπους* (Prot. pag. 317. B, 318. A). Atque versabatur haec eruditio in *τέχνῃ πολιτικῇ* (pag. 319. et q. seqq., al.) quae duas complectebatur disciplinas: *εὐβουλίαν περὶ τῶν οἰκείων*, qua quis res domesticas optime gerere posset, et *εὐβουλίαν περὶ τὰ τῆς πόλεως*, qua res publicas praeclare administraret et agendo et dicendo (pag. 318. D; conf. Reip. lib. X. pag. 600. D); ne multa, qua bonus fieret civis, *ἀγαθὸς πολίτης*.

Sed ante omnia, si quidem quod cuique videatur verum sit, dubitet aliquis, num quidquam omnino doceri possit. Quem scrupulum saepius movebat Socrates, ut Theaet. pag. 161. D: *Ἢ πῶς λέγωμεν, ὦ Θεόδωρε; εἰ γὰρ δὴ ἑκάστῳ ἀληθὲς ἔσται, ὃ ἂν δι' αἰσθήσεως δοξάζῃ, καὶ μήτε τὸ ἄλλου πάθος ἄλλος βέλτιον διακρινεῖ, μήτε τὴν δόξαν κυριώτερος ἔσται ἐπισκέψασθαι ἕτερος τὴν ἑτέρου, ὀρθὴ ἢ ψευδής, ἀλλ' ὃ πολλάκις εἴρηται, αὐτὸς τὰ αὑτοῦ ἕκαστος μόνος δοξάσει, ταῦτα δὲ πάντα ὀρθὰ καὶ ἀληθῆ, τί δή ποτε, ὦ ἑταῖρε,*

Πρωταγόρας μὲν σοφός, ὥστε καὶ ἄλλων διδάσκαλος ἀξιοῦσθαι δικαίως μετὰ μεγάλων μισθῶν, ἡμεῖς δὲ ἀμαθέστεροί τε καὶ φοιτητέον ἡμῖν ἦν παρ' ἐκεῖνον, μέτρῳ ὄντι αὐτῷ ἑκάστῳ τῆς αὑτοῦ σοφίας; ταῦτα πῶς μὴ φῶμεν δημούμενον λέγειν τὸν Πρωταγόραν; τὸ δὲ δὴ ἐμόν τε καὶ τῆς ἐμῆς τέχνης τῆς μαιευτικῆς σιγῶ, ὅσον γέλωτα ὀφλισκάνομεν· οἶμαι δὲ καὶ σύμπασα ἡ τοῦ διαλέγεσθαι πραγματεία. τὸ γὰρ ἐπισκοπεῖν καὶ ἐλέγχειν τὰς ἀλλήλων φαντασίας τε καὶ δόξας ὀρθὰς ἑκάστου οὔσας οὐ μακρὰ μὲν καὶ διωλύγιος φλυαρία, εἰ ἀληθὴς ἡ ἀλήθεια Πρωταγόρου, ἀλλὰ μὴ παίζουσα ἐκ τοῦ ἀδύτου τῆς βίβλου ἐφθέγξατο. Conf. Cratyl. pag. 386. C: *Οἷόν τε οὖν ἐστίν, εἰ Πρωταγόρας ἀληθῆ ἔλεγε καὶ ἔστιν αὕτη ἡ ἀλήθεια, τὸ οἷα δοκῇ ἑκάστῳ τοιαῦτα καὶ εἶναι, τοὺς μὲν ἡμῶν φρονίμους εἶναι, τοὺς δὲ ἄφρονας; ἙΡΜ. Οὐ δῆτα. ΣΩ. Καὶ ταῦτά γε, ὡς ἐγῷμαι, σοὶ πάνυ δοκεῖ, φρονήσεως οὔσης καὶ ἀφροσύνης μὴ πάνυ δυνατὸν εἶναι Πρωταγόραν ἀληθῆ λέγειν. οὐδὲν γὰρ ἄν που τῇ ἀληθείᾳ ὁ ἕτερος τοῦ ἑτέρου φρονιμώτερος εἴη, εἴπερ ἃ ἂν ἑκάστῳ δοκῇ, ἑκάστῳ ἀληθῆ ἔσται.* — Sed Protagorae in promtu erat quod responderet. Si quis enim alium edocturus est, uterque de eadem re diverse sentit: alteri ita se habere videtur, alteri aliter. Docentis autem est dicendo efficere, ut alter idem atque ipse sentiat. Ut vero aegroto acerbum videtur quocunque vescitur, neque tamen falsus est hic sensus sed verus; ita cuius mala est de quacunque re opinio, nihilo magis est falsa. Non enim alterum altero verius esse potest, sed melius. Utque deinde medici est, hominis aegroti habitum ac conditionem medicamentis ita immutare, ut quod edat suave et videatur et sit sensu non veriore sed meliore ac commodiore effecto, ita sophistae est, dicendo hominum mentes ita immutare, ut cum ipso consentiant. Quod si persecutus erit, iam melius quidem sentiunt edocti, sed non verius. — Quae quanquam non ipsius sophistae verba dicuntur, sed Socrati tribuuntur Theaet. pag. 166. D et q. seq. Protagorae partes agenti, tamen cum Protagorae disciplina et cogitandi ratione commodius congruit haec argumentatio, quam ut a Platone ficta videri possit. Id quod vel eo fit parum probabile,

quod sententia haud ita est inepta; ut consilium, quo Plato hoc commentus sit, omnino perspiciatur nullum.

Unde cum ex sophistae quoque philosophia alium ab alio edoceri posse appareat, hanc ipsam quam profiteatur ille virtutem politicam a magistro tradi discipulis posse Socrates negat. Athenienses enim, inquit Prot. pag. 319. B, viri sapientes, in concionibus si agitur de domibus vel navibus aedificandis vel aliis eiusdem generis rebus, paucos tantum viros illos huius ipsius artis peritos consulere solent et loqui patiuntur; sin autem de re publica administranda fit concio, iam unus quisque civium, fabri, sutores, lorarii, mercatores, pauperes, divites sententias ferunt, neque quisquam ideo prohibetur, quod a nemine rerum publicarum scientiam didicerit, idque manifesto eam ipsam ob causam, quia artem politicam doceri omnino non posse putant. Deinde etiam privatorum civium, quamvis hanc artem quam maxime teneat, nemo neque filium neque alium quenquam illius participem facere potest, ut saepe patris rerum publicarum peritissimi filius evadat rudis atque indoctus, ut Periclis Paralus atque Xanthippus. — Quam demonstrationem ita refellere Protagoras conatur. Omnes homines iustitiae ac pudoris esse participes dei voluerunt, quibus in virtutibus posita esset ars politica. Quod sentientes uni cuique civium Athenienses de re publica concionandi potestatem concedunt. Nihilo minus non cum ipso homine nascitur virtus politica, sed discendo paratur. Quibus enim vitiis homo aliquis aut de natura aut casu aliquo affectus est, ea illi nequaquam crimini vertuntur: quae quis vero aut pravis moribus inductus aut disciplina, studio, exercitatione carens peccat, ob ea quidem meritam cadit in reprehensionem. Atqui iniustitia atque impietate qui abripi se patitur ceterisque vitiis, quae virtuti politicae sunt contraria, ab omnibus vituperatur. Ergo virtus politica ex eis est, quae doceri queunt, atque unus quisque homo institutione et disciplina illam assequi potest; natura enim omnes hac indole praediti sumus. Quod autem praeclarissimorum virorum filios persaepe non ipsos quoque virtute politica praeclarissimos esse ais, eius quidem rei causa in eo posita est, quod aliorum ingenia ad alias artes

percipiendas magis sunt apta. — Haec est sententia orationis Protagoreae, qualis Plat. Prot. pag. 320. C — 328. B. legitur, paucis verbis comprehensa.

CAPUT II.

Iam ad ipsam transituris disciplinam primum ea cognoscere opus est, quibus viam quodammodo, qua ad artem politicam discipuli accederent, munire solebat: *τὰ πρὸ τῆς τέχνης ἀναγκαῖα μαθήματα*, ut Platonis utar verbis Phaedr. pag. 269. B. Conf. Arist. Nub. v. 657. In quibus haud exiguum obtinent locum studia grammatica, quae maxime in poetarum interpretatione versabantur. Vid. Plat. Prot. pag. 338. E: *Ἡγοῦμαι, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ἐγὼ, ἀνδρὶ παιδείας μέγιστον μέρος εἶναι περὶ ἐπῶν δεινὸν εἶναι. ἔστι δὲ τοῦτο τὰ ὑπὸ τῶν ποιητῶν λεγόμενα οἷόν τ' εἶναι ξυνιέναι ἅτε ὀρθῶς πεποίηται καὶ ἃ μή, καὶ ἐπίστασθαι διελεῖν τε καὶ ἐρωτώμενον λόγον δοῦναι.* Cuius generis luculentum exemplum est apud Platonem Prot. pag. 339. — 347. Protagoras enim, quae sit sua *περὶ ἐπῶν δεινότης* demonstraturus, Simonidis proponit carmen epinicium Scopae Creontis filio Thessalo scriptum, de quo vid. Schneidewini Simonidis carm. reliqu. pag. 15. et q. seqq. eiusdemque Delect. pag. 379; excusum est etiam Platonis ed. Turic. pag. 176. Quod poema non bene compositum esse ita demonstrat. Simonides, inquit, in Scopam Creontis filium carmen scripsit, cuius hoc est initium:

Ἄνδρ' ἀγαθὸν μὲν ἀλαθέως γενέσθαι χαλεπόν,
χερσίν τε καὶ ποσὶ καὶ νόῳ τετράγωνον, ἄνευ ψόγου
τετυγμένον.

Nequaquam vero bene compositum est (*καλῶς πεποίηται καὶ ὀρθῶς*) carmen, in quo sibi ipse non constans contraria loquitur poeta (*ἐναντία λέγει αὐτός αὐτῷ ὁ ποιητής*). Alio enim eiusdem carminis loco idem Simonides hoc ait:

Οὐδέ μοι ἐμμελέως τὸ Πιττάκειον νέμεται,
Καίτοι σοφοῦ παρὰ φωτὸς εἰρημένον· χαλεπὸν φάτ'
ἐσλὸν ἔμμεναι.

Quorum utriusque dictorum, et Pittaci *χαλεπὸν ἐσλὸν ἔμμεναι* et ipsius Simonidis *ἄνδρ' ἀγαθὸν ἀλαθέως γενέσθαι χαλεπόν*, quanquam eadem est sententia, tamen Pittacum Simonides reprehendit qui *οὐκ ἐμμελέως* dixerit. Non igitur sibi constat poeta, qui medio carmine statuat quod priori eiusdem carminis loco repugnet. — Atque Socrates quidem qua in re erraverit Protagoram edocet: Simonidem enim dicere *ἀγαθὸν γενέσθαι*, Pittacum *ἔμμεναι*, quae si quidem non idem valeant, non contraria loqui Simonidem. Hanc enim fortasse fuisse eius sententiam: *Fieri* quidem virum bonum *difficile* esse; sed si quis virtutem semel assecutus sit, tunc *facile* esse negotium illam *exercere:* ut Hesiodus dicat (Op. et D. v. 287. et q. seqq.):

Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν
ἀθάνατοι, μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτὴν
καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον· ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἵκηται,
ῥηϊδίη δὴ ἔπειτα πέλει, χαλεπή περ ἐοῦσα.

Quam explicationem partim veram esse partim falsam neminem fugit. Etiam Protagoras posteriorem eius partem vehementer impugnat: rudissimum esse poetam, qui ad virtutem exercendam tam exiguo labore opus esse dicat, cum sit omnium difficillimum. Quare Socrates, ut aliam viam ingrediatur, fortasse et Simonidem et Ceos omnes ait *χαλεπόν* dicere non quod ceteri Graeci, sed idem fere quod *κακόν*: ut Simonides Pittacum reprehenderit quasi *κακὸν ἐσλὸν ἔμμεναι* statuisset. Et prioris et huius explicationis, quae paene vilior est quam qualis vel iocanti condonetur, socium habet Prodicum, qui et omnino amicius cum Socrate vivebat et in similibus diversarum vocum notionibus discernendis operam navabat. Atque posteriorem falsam esse sophistae Socrates concedit et ipsum et Prodicum iocatos esse addens; tum vero quid sibi videatur de toto carmine bona fide si placeat explicaturum se professus mirum illum profert sermonem, quo interpretationem et totius carminis et singularum sententiarum maxima ex parte pravissimam cum auditoribus communicat. Prooemio satis copioso antiquos sophistas maxime brachylogiae Laconicae studuisse ait. Eiusdem generis fuisse etiam Pittaci

χαλεπὸν ἐσλὸν ἔμμεναι. Quod Simonides, inquit, ut everteret, carmen de quo agitur composuit: intellexerat enim; si viri, qui tam sapiens ferretur, sententiam falsam esse demonstrasset, se ipsum maximam laudem asseculurum. Atque esse re vera carminis eam quam dixi rationem, singulis demonstrabo. Iam ipso initio non alio consilio primis verbis *μέν* interponere potuit, quam ut Pittaci dictum suo oppositum esse indicaret. Nunquam enim *μέν* particula ad unam tantum pertinet sententiam, sed semper aut planis verbis aut cogitatione altera est opposita. Ita hoc loco cum Pittacus statuisset *χαλεπὸν ἐσλὸν ἔμμεναι*, Simonides respondit: Immo *fieri* quidem, *γενέσθαι μέν*, virum bonum difficile est re vera, *χαλεπὸν ἀλαθέως*, non vero *esse*, *ἔμμεναι.* Ita et *μέν* suo loco positum est et *ἀλαθέως*, quod cave ne coniungas cum *ἀγαθόν*, quasi alii essent homines vere boni, alii boni quidem, sed non eidem vere boni: id enim esset ineptum nec Simonide dignum. — Atque omnino meam si amplexus eris sententiam, omnia optime congruere videbis. Sed cum singula quaeque quam aptissime se habeant demonstrare longum sit, sententiarum nexum ac tenorem paucis exponam. Eis igitur quae sequuntur difficile quidem ait virum fieri bonum: potes quidem fieri, sed in breve tantum temporis spatium. Quum vero semel factus eris bonus, in hac conditione permanere atque esse bonum non hominis est sed deorum: *ἄνδρα δ' οὐκ ἔστι μὴ οὐ κακὸν ἔμμεναι, ὃν ἂν ἀμήχανος συμφορὰ καθέλῃ.* Quem vero *καθαιρεῖ ἀμήχανος συμφορά*? Ut non qui iacet deiicitur, sed qui stat — qui enim iacet, is iam deiici nequit —: ita *ἀμήχανος* fieri non potest nisi qui *εὐμήχανος* fuit, ut poeta quidam fecit:

Αὐτὰρ ἀνὴρ ἀγαθὸς τότε μὲν κακός, ἄλλοτε δ' ἐσθλός.

(Vid. Xenoph. Memor. lib. I. cap. II. §. 20.): malo autem fieri iam non licet, quia iam malus est. Bonus igitur et sapiens vir non potest non fieri malus, *ἐπειδὰν ἀμήχανος συμφορὰ καθέλῃ.* Tu quidem, o Pittace, difficile dicis esse bonum: immo *fieri* est difficile, *esse* vero bonus omnino nullus homo potest. *Πράξας μὲν γὰρ εὖ πᾶς ἀνὴρ ἀγαθός, κακὸς δ' εἰ κακῶς.* Si quis vel temporis spatio vel morbo aliquo sive

labore vel alia quadam re scientia privatus est (*ἐπιστήμης στερηθῆναι*) — ea enim sola est *κακὴ πρᾶξις* —: *ἀμηχάνῳ συμφορᾷ* deiectus malus fit. Boni igitur *fieri* tantum possumus: optimi vero et in maximum tempus fiunt quos dei amant (*ἐπὶ πλεῖστον δὲ καὶ ἄριστοί εἰσιν, οὓς ἂν οἱ θεοὶ φιλῶσιν*). Haec igitur omnia contra Pittacum dicta esse eis quae sequuntur etiam planius fit:

Τοὔνεκεν οὔ ποτ' ἐγὼ τὸ μὴ γενέσθαι δυνατὸν
διζήμενος κενεὰν ἐς ἄπρακτον ἐλπίδα μοῖραν αἰῶνος βαλέω,
πανάμωμον ἄνθρωπον, εὐρυεδοῦς ὅσοι καρπὸν αἰνύμεθα χθονός.
ἔπειτ' ὑμῖν εὑρὼν ἀπαγγελέω.
Πάντας δ' ἐπαίνημι καὶ φιλέω
ἑκὼν ὅστις ἔρδῃ
μηδὲν αἰσχρόν· ἀνάγκῃ δ' οὐδὲ θεοὶ μάχονται.

In quibus *ἑκών* referendnm est ad *ἐπαίνημι καὶ φιλέω*: non enim tam rudis erat Simonides, ut diceret: *ἐπαίνημι καὶ φιλέω ὅστις ἑκὼν μηδὲν αἰσχρὸν ἔρδῃ*: quasi quis esset omnino quin invitus peccaret. Sed saepissime accidere potest, ut quis invitus aliquem laudet: ipse enim Simonides interdum haud dubie invitus laudabat tyrannum fortasse et qui sunt eius generis homines. Simonidis igitur sensus est: Non propterea te reprehendo, o Pittace, quia animus meus ad vituperandum sit propensus, immo haud invitus amo atque laudo qui mali nihil fecerit. Nam

Ἔμοιγ' ἐξαρκεῖ
ὃς ἂν μὴ κακὸς ᾖ
μηδ' ἄγαν ἀπάλαμνος εἰδώς τ' ὀνασίπολιν δίκαν, ὑγιὴς ἀνήρ·
οὔ μιν ἐγὼ μωμάσομαι·
οὐ γάρ εἰμι φιλόμωμος·
τῶν γὰρ ἀλιθίων ἀπείρων γένεθλα,

ut si quem vituperare iuvet, affatim habeat quos vituperare possit.

Πάντα τοι καλά, τοῖσί τ' αἰσχρὰ μὴ μέμικται.

Quod quidem non simile est ac si dixisset: omnia sunt alba

quibus nigri nihil admistum: sed ne id quidem, quod non totum sit bonum, modo ne totum sit malum, reprehendere se solere ait. Qui igitur haec verba recitat, ei post ἑκών voce paullulum subsistendum est, ne quis illud cum eis quae sequuntur coniungat. Neque alia de causa Mytilenaeorum forma utitur (ἐπαίνημι), quam quia contra Pittacum est scriptum. Tu igitur, inquit poeta, o Pittace, reprehensionem meam effugisses si aliqua certe ex parte vere apteque locutus esses: sed cum de re gravissima tantopere sis falsus, hoc est quod te reprehendam.

Atque ita fere Socrates. Cuius explicationem maximam partem esse pravissimam nemo est quin videat. Quam rem cum multi exstiterint qui mirarentur, me quidem non offendit. Si quis enim totum hunc dialogum diligenter perlegat, in quoque fere Socratis verbo salsissimas atque acutissimas inesse cavillationes intelliget. Huc ante omnia id referendum est, quod inde a primo temporis momento, quo Protagoram ipse cum Hippocrate adierunt, et iam antea summam semper sophistae admirationem simulat, ut aureo orationis eius flumine, argumentis copiose expositis, flosculis eleganter aspersis saepe quasi vertigine correptum se dicat, ut pag. 328. D, 339. E. Ita eo quoque discipulum agit attentissimum, quod statim suae quoque explicandi artis periculum facere vult, quo quidem nonnisi id habere videtur consilium, ut Protagorae in talibus rebus versandi rationem cum cavillatione imitetur. Prooemio sophistarum more longius quam opus est evagatur. Plurimos esse sophistas in Lacedaemone ac Creta, sed qui artem suam celent, ne alii perdiscant; quo dicto falsissimo simile illud Protagorae respicit, artem sophisticam per esse antiquam, sed aliis occultatam fuisse nominibus. Deinde ad Pittaci sententiam de qua quaeritur Simonidisque carmen accedit, ita quidem, ut verborum singulorum enuntiatorumque praecipuorum et significationem et nexum explicans, ut sophistam vere se gerat, pravissime plerumque rem agat. Ut Protagoras priore oratione fusius quam erat necessarium mytho exposuit, omnes homines indolis ad percipiendam virtutem politicam idoneae esse participes, simili fere ratione uti-

tur Socrates ad suam rem probandam. Si igitur Socratis explicationem non ex ipsius vel Platonis animi sententia profectam, sed, ut sophistarum rationem cum irrisione carperet, fictam esse teneas, non mireris, quod Socrates multa sit false interpretatus. Similis est ratio etymorum illorum, quae Plato in Cratylo Socratem proferentem facit. Quo autem consilio tales Protagorae carminum explicationes Plato reprehenderit, proximis enarrabitur. — Ceterum de hoc Platonis loco aliter sensit Welckerus Mus. Rhen. 1833. pag. 541.

Quod si ita est, Protagorae interpretandi ratio planissime apparet. Quaestionis finis erat cognoscere totius carminis indolem quoque consilio a poeta esset compositum. Quod ad perspiciendum vocum atque sententiarum significationes accurate explicari necesse erat, praecipue verba recto ordine coniungi et disiungi (διαλαβεῖν), ut singula omnia ad idem illud consilium pertinere atque conferre demonstraretur. Etiam diversarum Graecae linguae dialectorum ratio habebatur. Denique ipse poeta in examen vocabatur, utrum vere sensisset necne, sententiam suam bene explicasset, singulae carminis partes sibi invicem responderent, totum bene esset compositum; ne multa: utrum omni ex parte καλῶς τε καὶ ὀρθῶς esset πεποιημένον. Nihil fere commune fuisse huic rationi cum priore illa, qua carmina memoriae tradi ac recitari totius rei summa erat, facile apparet. Fuerunt enim illae puerorum scholae, qui, cum prima eruditionis elementa, legendi scribendique artem percepissent, versus a magistris propositos in subselliis recitare atque ediscere cogebantur, eo praesertim consilio, ut multis et laudationibus et reprehensionibus discipulorum animi excitarentur ad imitanda virorum carminibus illis praedicatorum exempla (conf. Prot. pag. 325. E). Aliqua quidem ex parte carmina ab illis quoque explicabantur magistris; nam, cum vel ob dictionem poeticam vel ob linguae antiquitatem vel etiam ob dialecti diversitatem a vulgari hominum sermone is qui in poematis obtinebat valde discreparet, nulla addita interpretatione scriptoris sensum non intellexissent pueri. Sed grammaticae expositiones, quales et Protagorae erant et nunc in scholis sunt usitatae, ab illis alienae fuisse

videntur. Nam is quidem non ita potissimum grammaticam auditoribus suis tradebat, ut iuvenes praeceptis illis puerilibus imbueret, sed eo consilio virum eruditum *περὶ ἐπῶν δεινὸν* esse necessarium ducebat, ut, cum omnino civem omni ex parte excultum deceret quid suae gentis scriptores protulissent cognovisse, ex poetarum dictis etiam in dicendo auctoritatem quandam atque argumenta repetere possent. Quam sophistarum consuetudinem saepe a Socrate reprehendi videmus: ut Prodici Axioch. pag. 367. D. E et q. s., Eryx. pag. 397. E. Socrates ipse Charm. pag. 161. A et Phaedr. pag. 241. D cum cavillatione eadem hac utitur argumentandi ratione, quam nihili esse dicit Charm. pag. 161. C: non enim id esse spectandum, quis dixerit aliquid, sed utrum vere dixerit necne. Atque id ipsum fuisse videtur Platonis consilium, quo totam illam Simonidei poematis explicationem loco quem modo tractavimus inseruit. Protagoras enim cum hoc magni momenti esse dixisset, ut vir bonus in poetarum dictis versatus esset: Socrates nullam ex illis repeti posse argumentandi auctoritatem demonstrare conatur, quum eaedem illae argutiae grammaticae, quales Protagoras adhibere soleat ad poetae sensum exponendum, ab alio facili negotio usurpari possint ad aliam ex eisdem verbis extricandam sententiam. Quod ut planum faciat, postquam Protagoras de prava carminis compositione disseruit, eadem ratione utens Socrates quoque interpretatur. Speciem quidem veritatis quandam utriusque habet explicatio; uterque nonnullos nanciscitur, quibus suam probet (vid. pag. 339. D, 341. C): attamen neutra est vera. — Quae sententia nostra ipsius Socratis verbis pag. 347. C—348. A luculenter confirmatur: qui, postquam disputationem suam ad finem perduxit atque iam Hippias quoque aliam de suo expromturus est, colloquiis *περὶ ᾀσμάτων καὶ ἐπῶν* iam finem imponendum esse censet, quippe quae non sint virorum vere sapientium. Ei enim in colloquiis suis *οὐδὲν δέονται ἀλλοτρίας φωνῆς οὐδὲ ποιητῶν, οὓς οὔτε ἀνερέσθαι οἷόν τ' ἐστὶ περὶ ὧν λέγουσιν, ἐπαγόμενοί τε αὐτοὺς οἱ πολλοὶ ἐν τοῖς λόγοις οἱ μὲν ταῦτά φασι τὸν ποιητὴν νοεῖν, οἱ δ' ἕτερα, περὶ πράγματος διαλεγόμενοι ὃ ἀδυνατοῦσιν ἐξελέγξαι* (pag. 347. E).

Ceterum huc pertinet Themist. Or. XXIII. pag. 289. (350. Dind.): Ἐπεὶ καὶ Πρόδικος καὶ Πρωταγόρας ὁ Ἀβδηρίτης, ὁ μὲν ὀρθοέπειάν τε καὶ ὀρθορρημοσύνην μισθοῦ ἐκδιδάσκων τοὺς νέους, ὁ δὲ τὰ Σιμωνίδου τε καὶ ἄλλων ποιήματα ἐξηγούμενος σοφισταὶ ὅμως καὶ ἤστην καὶ ἐλεγέσθην. Falsus est enim Spengelius, qui pag. 59. Συναγωγῆς τεχνῶν Prodicum hoc Themistii loco Simonidis interpretem memorari putat. Nam de Prodico quidem nihil eiusmodi innotuit, nisi forte ut illud statueret id induxit Spengelium, quod et ὀρθοέπειαν Protagoram tractasse aliunde sciebat (vid. cap. III.), et Prodicus Plat. Prot. pag. 340. B et 341. C a Socrate excitatus Simonidi populari auxilio venit. Sed, ut ab hoc incipiam, apud Platonem non Prodicum sed Protagoram Simonidei carminis interpretem agere neminem fugere potest (vid. pag. 339. A et q. seqq.), ut quin Themistii verbis Protagoras indicetur poetarum interpres ego non dubitem. Quod si ita est, ὀρθορρημοσύνη Prodici est ars illa, qua similes diversorum verborum notiones distinguebat: vid. Spengelius pag. 46. et q. seqq., Welckerus lib. laud. pag. 559; ὀρθοέπειαν vero tribuit Prodico memoria lapsus atque similia verba in unam eandemque rem conferens (vid. Welekerus pag. 559. annot. 163.). Spengelii errorem quamvis iam a Welckero l. l. notatum etiam amplificavit Lerschius libri qui inscribitur Die Sprachphilosophie der Alten tom. I. pag. 15: „Mit dieser Unterscheidung der Synonyma scheint auch zusammenzuhängen seine Erklärung der Dichter, wodurch er einen Haupttheil der hellenischen Grammatik, die ἐξήγησις τῶν ποιητῶν, begründete. Vorzüglich muss sich Prodikus an seinem Landsmanne Simonides versucht haben: vgl. Protag. 339. A, 340. A, Themist. Or. IV. pag. 113: Πρόδικος — τὰ Σιμωνίδου τε καὶ ἄλλων ποιήματα ἐξηγούμενος“, et pag. 18: „So kann es nicht auffallend sein, dass einer der ausgezeichnetesten Sophisten, Protagoras, die Jünglinge τὴν ὀρθοέπειάν τε καὶ ὀρθορρημοσύνην gelehrt, wie Themist. orat. IV. pag. 113. berichtet.“ Lerschius enim verba illa Prot. pag. 338. E et 339. A, quibus Protagoras ad Simonidis carmen explicandum aggreditur, oscitantia quadam Prodici esse opinatus est. Non Prodicus igitur sed Protagoras interpretandi artis primus fuit auctor.

CAPUT III.

Sed aliam quoque studiorum grammaticorum partem Protagoras tractabat ratione non minus nova. Primus enim is in verborum formas inquisivit. Atque de nominum generibus potissimum disputabat. Omnia enim nomina esse statuit aut *ἄρρενα* aut *θήλεα* aut *σκεύη*. Vid. Aristot. Rhetor. lib. III. cap. 5. (tom. II. pag. 1407. Bekk.): *Πρωταγόρας τὰ γένη τῶν ὀνομάτων διῄρει, ἄρρενα καὶ θήλεα καὶ σκεύη. δεῖ γὰρ ἀποδιδόναι καὶ ταῦτα ὀρθῶς· „ἡ δ' ἐλθοῦσα καὶ διαλεχθεῖσα ᾤχετο“*. Deinde alias vocum terminationes masculinis magis proprias esse observabat, ut *ος*, *ας*, *ωρ*, alias femininis, ut *η*, *α*, *αινα*: de quo vid. Aristoph. l. infra ind.

Nec vero hic pedem sistens disquisivit de diversorum generum origine. Quo factum est ut intelligeret, non esse cuique nomini id genus linguae usu constitutum, quod, si significatio eius spectaretur, illi re vera conveniret. Animalium enim marium nominibus convenire genus masculinum; femininorum femininum; rerum vita ideoque sexu carentium, quae dicebat *τὰ σκεύη*, neque masculinum neque femininum genus esse proprium: nihilominus in illarum quoque nomina saepe alterutrum genus esse translatum, ita quidem, ut quae nomina res significarent magnas, firmas, graves, fortasse etiam quae ad viros potissimum pertinerent, eis tribueretur genus masculinum; quae vero leviores mulierumque magis naturae similes, femininum. Masculina igitur iure esse *ἀνήρ*, *Ζεύς*, *Κλεώνυμος*, *ποιητής*, *πατήρ*, *υἱός*, *λέων*, etiam *ποταμός*, *σκόπελος*, *πόνος*, *ὕπνος*, alia; feminina *γυνή*, *Ἥρα*, *μήτηρ*, *θυγάτηρ*, *λέαινα*, necnon *γῆ*, *φόρμιγξ*, *χλαῖνα*, *κνίσσα*, *λάχνη*, multaque alia. Sed errasse linguae usum, quod *μῆνις*, *πήληξ*, alia, feminina fecisset: masculina autem *γόος* et quae sunt similia. Quae vero dicimus esse generis communis, ea in rei naturam parum convenire, siquidem nullius sit animalis sexus masculinus eiusdemque femininus, sed alterius masculinus, alterius femininus. — Quae expositio nostra quibus nitatur veterum testimoniis iam explicabo.

De his enim Protagorae quaestionibus intelligendum est quod Aristoteles Soph. El. cap. XIV. init. secundum Protagoram soloecismum committere ait, qui *μῆνιν οὐλομένην* dicat (Hom. Il. init.): *Σολοικισμὸς οἷον μὲν ἐστιν εἴρηται πρότερον. ἔστι δὲ τοῦτο καὶ ποιεῖν καὶ μὴ ποιοῦντα φαίνεσθαι καὶ ποιοῦντα μὴ δοκεῖν, καθάπερ ὁ Πρωταγόρας ἔλεγεν, εἰ ὁ μῆνις καὶ ὁ πήληξ ἄρρεν ἐστίν. ὁ μὲν γὰρ λέγων οὐλομένην σολοικίζει μὲν κατ' ἐκεῖνον, οὐ φαίνεται δὲ τοῖς ἄλλοις, ὁ δὲ οὐλόμενον φαίνεται μέν, ἀλλ' οὐ σολοικίζει.* Conf. Alexandri schol. ad. h. l. pag. 308. ed. Brandis. Quibus verbis quum talia disciplina sua amplexum esse Protagoram appareat, neque de ceterorum sophistarum ullo id genus quicquam innotuerit, quin rectissime a Spengelio pag. 43. ad Protagoram relata sint quae Nub. v. 645. et q. seqq. cavillatur Aristophanes, equidem non dubito. Magnae enim cum omnino Protagorae hac in fabula sunt partes, tum ratione qua ad hanc rem transit poeta nostra sententia magnopere iuvatur. Strepsiadem, qui summo desiderio *τὸν ἥττω λόγον* perdiscere cupit, Socrates antea opus esse monet ut grammaticis praeceptis sit imbutus. Atque eadem fuisse videtur sophistae ratio, qui discipulos, priusquam ad eum artis gradum ascenderent, qua *ὁ ἥττων λόγος κρείττων* reddebatur, grammatica institutione exornabat. Aristophanis vero locus hic est:

ΣΤΡ. — Οὐ γάρ, ὦζυρέ,
τούτων ἐπιθυμῶ μανθάνειν οὐδέν. ΣΩ. Τί δαί;
ΣΤΡ. Ἐκεῖν', ἐκεῖνο, τὸν ἀδικώτατον λόγον.
ΣΩ. Ἀλλ' ἕτερα δεῖ σε πρότερα τούτων μανθάνειν·
τῶν τετραπόδων ἅττ' ἐστὶν ὀρθῶς ἄρρενα.

Etiam *ὀρθῶς* Protagorice dictum esse videtur: conf. *ἔπη ὀρθῶς πεποιημένα* (vid. cap. II.), *ὀρθοέπεια*, *ὁ ὀρθὸς λόγος*, de quibus infra dicendum erit.

ΣΤΡ. Ἀλλ' οἶδ' ἔγωγε τἄρρεν', εἰ μὴ μαίνομαι·
κριός, τράγος, ταῦρος, κύων, ἀλεκτρυών.
ΣΩ. Ὁρᾷς ὃ πάσχεις; τήν τε θήλειαν καλεῖς
ἀλεκτρυόνα κατὰ ταὐτὸ καὶ τὸν ἄρρενα.
ΣΤΡ. Πῶς δή; φέρ'. ΣΩ. Ὅπως; ὠλεκτρυὼν κἀλεκτρυών.

ΣΤΡ. Νὴ τὸν Ποσειδῶ· νῦν δὲ πῶς με χρὴ καλεῖν;
ΣΩ. Ἀλεκτρύαιναν, τὸν δ' ἕτερον ἀλέκτορα.

Vocem *ἀλεκτρύαινα* ad aliarum similitudinem, ut *λέαινα*, Aristophanes hoc loco primus induxit: ipse enim Daedalo *ἀλεκτρυών* genere feminino usurpavit (Athen. lib. IX. pag. 374. C): conf. scholiasta ad h. l.: *Ἀττικοὶ δὲ οὕτω καὶ τὰς θηλείας ἐκάλουν* et q. seqq. Quod enim idem addit: *Λέγουσι δ' αὐτὴν καὶ ἀλεκτρύαιναν*, hoc, qui est scholiastarum mos, ex Aristophanis verbis ipse finxisse videtur. — Strepsiadi tamen vox illa tam belle inventa videtur totaque doctrina adeo placet, ut pro uno hoc praecepto Socrati mactram farina se repleturum esse promittat. Sed hoc ipsum proloquens errorem committit prioris similem: v. 657:

ΣΤΡ. Ἀλεκτρύαιναν; εὖ γε, νὴ τὸν Ἀέρα.
ὥστ' ἀντὶ τούτου τοῦ διδάγματος μόνου
διαλφιτώσω σοι κύκλῳ τὴν κάρδοπον.
ΣΩ. Ἰδοὺ μάλ' αὖθις τοῦθ' ἕτερον· τὴν κάρδοπον
ἄρρενα καλεῖς θήλειαν οὖσαν.

Non masculino genere hoc nomen posuit Strepsiades; dixit enim *τὴν κάρδοπον*: sed ultima syllaba Socrati displicet, quia etiam terminatione masculina a femininis distinguenda sint; illorum enim esse *ος*, femininorum *η*, *α*. Dicendum igitur erat Strepsiadi *τὴν καρδόπην*. Is vero magistri sensum non perspiciens respondet:

Τῷ τρόπῳ
ἄρρενα καλῶ 'γὼ κάρδοπον; ΣΩ. Μάλιστά γε,
ὥσπερ γε καὶ Κλεώνυμον.

„Ut virum te dicere Cleonymum exprimis terminatione *ος*, ita masculinum esse *κάρδοπος* eadem terminatione indicasti, quod si femininum esse vis, alia terminatione quae in feminina cadat tibi utendum est“. — Sed Strepsiades:

Πῶς δή; φράσον.
ΣΩ. Ταὐτὸν δύναται σοὶ κάρδοπος Κλεωνύμῳ;
ΣΤΡ. Ἀλλ', ὦ 'γάθ', οὐδ' ἦν κάρδοπος Κλεωνύμῳ,
ἀλλ' ἐν θυείᾳ στρογγύλῃ γ' ἀνεμάττετο.
ἀτὰρ τὸ λοιπὸν πῶς με χρὴ καλεῖν; ΣΩ. Ὅπως;
τὴν καρδόπην, ὥσπερ καλεῖς τὴν Σωστράτην.

Iam optime ille rem perspicit eodemque igitur ex praecepto *Κλεωνύμη* dicendum esse ait viro timido irridens, cui aliis quoque locis ignaviam exprobrat Aristophanes: conf. v. 352, ubi *ῥίψασπιν* conspicatae Cleonymum nubes cervorum speciem induisse dicuntur. — Deinde ad nomina quae dicimus propria Socrates transit v. 675:

Εἶτ' ἔτι γε περὶ τῶν ὀνομάτων μαθεῖν σε δεῖ,
ἅττ' ἄρρεν' ἐστὶν ἅττε δ' αὐτῶν θήλεα.
ΣΤΡ. Ἀλλ' οἶδ' ἔγωγ', ἃ θήλε' ἐστίν. ΣΩ. Εἰπὲ δή.
ΣΤΡ. Λύσιλλα, Φίλιννα, Κλειταγόρα, Δημητρία.
ΣΩ. Ἄρρενα δὲ ποῖα τῶν ὀνομάτων; ΣΤΡ. Μυρία·
Φιλόξενος, Μελησίας, Ἀμυνίας.
ΣΩ. Ἀλλ', ὦ πονηρέ, ταῦτά γ' ἔστ' οὐκ ἄρρενα.
ΣΤΡ. Οὐκ ἄρρεν' ἐν ὑμῖν ἐστίν; ΣΩ. Οὐδαμῶς γ', ἐπεὶ
πῶς ἂν καλέσειας ἐντυχὼν Ἀμυνίᾳ;
ΣΤΡ. Ὅπως ἄν; ὡδί· δεῦρο, δεῦρ', Ἀμυνία.
ΣΩ. Ὁρᾷς; γυναῖκα τὴν Ἀμυνίαν καλεῖς. et q. seqq.

Quibus omnibus ex locis si secreveris quae Aristophanis cavillationi atque irrisioni sunt tribuenda, ea ipsa restant quae pag. 130. exposui.

Ut de nominum generibus, sic de verborum et modis et temporibus disputavit. Et quod ad tempora quidem attinet, de Diogenis Laertii verbis lib. IX. §. 52: *Καὶ πρῶτος μέρη χρόνου διώρισε, καὶ καιροῦ δύναμιν ἐξέθετο* hoc ait Car. Fr. Hermannus (Zeitschr. f. Alt.-Wiss. 1834. pag. 381): „Endlich bemerken wir noch, dass Diogenes Angabe IX. 52: *Καὶ πρῶτος* et q. seqq. uns weder auf einen Stundenplan beim Unterrichte (S. 155.) noch, wie Herr Petersen meint, auf Berücksichtigung der Zeit und Umstände bei seinen Gemeinplätzen, sondern auf grammatische Tempusabtheilungen zu gehen scheint." Atque Herbstium quidem, qui de scholis horarum ordine dispositis cogitavit, errasse manifestum est. Nec tamen Hermannum rem acu tetigisse puto. Et ipsum enim et Petersenium aeque atque Herbstium id fugisse videtur, Diogenem, qui Protagorae professionum talem mentionem facit, ut quales fuissent ab ipso nequaquam in-

tellectum esse perspicias, duo sophistae inventa his verbis ita composita exhibuisse, quasi unum idemque significaretur. Quo fieri potuit, ut, cum uterque omnia Diogenis verba interpretari videretur, Hermannus priorem tantum sententiam, Petersenius posteriorem tantum explicaret. Verbis *καιροῦ δύναμιν ἐξέθετο* enim in libro, unde hoc hausit Diogenes ipse non intelligens, id indicatum fuisse puto, de quo semper monere solebant rhetores quodque minus recte Petersenius ad locos communes tantum pertinere voluit: temporum in dicendo diligenter rationem esse habendam. *Μέρη χρόνου διώρισε* autem quin Hermannus recte interpretatus sit ego non dubito. Igitur temporum quoque distinctionis Protagoras primus auctor erat.

Modos deinde dicendi Protagoras fecit quattuor, prout aut interrogaretur aut responderetur aut iuberetur aut optaretur: *ἐρώτησιν*, *ἀπόκρισιν*, *ἐντολήν*, *εὐχωλήν*, quos *τοὺς πυθμένας λόγων* vocabat. Vid. Diog. Laert. lib. IX. §. 53: *Διεῖλέ τε τὸν λόγον πρῶτος εἰς τέτταρα· εὐχωλήν, ἐρώτησιν, ἀπόκρισιν, ἐντολήν· οἱ δὲ εἰς ἑπτά· διήγησιν, ἐρώτησιν, ἀπόκρισιν, ἐντολήν, ἀπαγγελίαν, εὐχωλήν, κλῆσιν· οὓς καὶ πυθμένας εἶπε λόγων.* Suidas s. v. *Πρωταγόρας· Διεῖλέ τε πάντα λόγον πρῶτος οὗτος εἰς τέτταρα· εὐχωλήν, ἐρώτησιν, ἀπόκρισιν, ἐντολήν· μετὰ δὲ τοῦτον ἕτεροι εἰς ἑπτὰ διεῖλον* et q. seqq. Ex Suida repetiit Eudocia l. l. Quintil. Inst. lib. III. cap. IV. §. 10: „Protagoram transeo, qui interrogandi, respondendi, mandandi, precandi, quod *εὐχωλήν* dixit, partes solas putat.“ Conf. Aristot. Poet. locum pag. 136. ind. — Multus est Herbstius errasse Classenium explicans, qui grammaticam hanc distinctionem putet, quum sit mere rhetorica: pag. 144: „Ich habe hier mit Absicht Imperativsatz, nicht Imperativ gesetzt, weil ich nicht glaube, was Classen p. 29. u. 30. zu beweisen sucht, dass als reine Verbalformen unsere sogenannten Modi, abgetrennt vom Satze selbst, schon vom Protagoras gedacht sind; wenigstens, wenn es auch gewesen sein sollte, scheint diess mir nicht aus jener vom Protagoras gemachten Eintheilung der Rede in vier Weisen hervorzugehen. Ich will nicht, wäre ich gleich dazu berechtigt, für mich anführen, dass wenn auch in Bezug auf den Protagoras wohl mit Unrecht (weil

hier jene andere Nachricht der vierzähligen Eintheilung durch die Majorität der Zeugnisse vorzüglicher erscheint), doch überhaupt noch eine mehrzahlige Eintheilung bemerkt wird, die dann mit der geringen Anzahl von Modi nicht correspondiren würde; ich mache nur darauf aufmerksam, dass in jener Eintheilung in vier ausser der εὐχωλή und ἐντολή als die beiden andern ἐρώτησις und ἀπόκρισις genannt werden, die doch schwerlich sich als die Bezeichnungen der andern Modi deuten lassen." — Qua de expositione ante omnia monendum est, septem λόγων πυθμένας neminem veterum Protagorae tribuisse, sed aliis quibusdam posterioribus. Nam Diogenis οἱ δὲ εἰς ἑπτά aliter suppleri non possunt, atque Suidas fecit: μετὰ δὲ τοῦτον ἕτεροι εἰς ἑπτὰ διεῖλον. Classenius vero pag. 30. Protagorae dicendi fundamenta quomodo cum grammatica modorum, quos ἐγκλίσεις postea dicebant Graeci, distinctione cohaereant, tam plane illustravit, ut ego illi assentire non dubitem. Rhetorica quidem observatione niti dicit sophistae inventum: sed rhetoricam istam divisionem, quum primarios dicendi modos bene illa exprimeret, haud dubie vocasse ad distinguendas diversas verbi modorum formas. Protagoram enim, cum doctrinam suam et ad iudicanda aliorum scripta et ad scribendum conferret, non potuisse non advertere, in ipsa lingua divisionem illam certis formis esse significatam. Nam cum ἐρώτησις et ἀπόκρισις indicativo modo contineantur, εὐχωλῆς optativum, ἐντολῆς imperativum proprium esse: coniunctivum vero, cum non tam peculiari dicendi genere, quam plurium propositionum coniunctione nitatur, hac dividendi ratione contineri non potuisse. Ita fere Classenius, isque rectissime. Quanquam enim πυθμένες λόγων sunt dicendi fundamenta, quorum ex uno quaeque sententia quasi exstruenda esse Protagorae videbatur, rhetorica haec distinctio grammaticae, qua verborum formas secundum πυθμένας illos diversas esse ostendebatur, prima erat atque necessaria causa. Iam vero nihil est, cur Herbstius et Spengelius pag. 44. et 45. has formas quoque linguae, quos nunc dicimus grammaticos verbi modos, iam a Protagora distinctas esse negent. Equidem ego non dubito, quin qui quattuor dicendi rationes discreverit, etiam linguae formas

quattuor illis respondentes observarit. Quod neque per se subtilius est quam ut Protagoras ingenio suo capere potuerit, et similibus inventis grammaticis non minus acutis doctrinam eius in his rebus versatam videmus. Accedit vero Aristotelis locus quidam, quo distinxisse illum ipsos verbi modos probabile fit. Primis enim Iliadis versibus hoc quoque praeceptum illustrans (vid. pag. 131.) Protagoras *Μῆνιν ἄειδε θεά* esse *ἐντολήν* ait, quanquam *εὐχωλή* potius exspectetur, nam non decere hominem deis imperare. Et hoc igitur et multis aliis locis *ἐντολήν* usurpatam esse, ubi magis conveniat *εὐχωλή*. Quod Aristoteles Poet. cap. XIX. tom. II. pag. 1456. Bekk. his verbis exprimit: *Τί γὰρ ἄν τις ὑπολάβοι ἡμαρτῆσθαι ἃ Πρωταγόρας ἐπιτιμᾷ, ὅτι εὔχεσθαι οἰόμενος ἐπιτάττει εἰπὼν Μῆνιν ἄειδε θεά; τὸ γὰρ κελεῦσαί, φησι, ποιεῖν τι ἢ μὴ ἐπίταξίς ἐστιν.* Mihi quidem videtur Protagorae ad hunc locum animadversio non alia fuisse atque haec: Eadem verbi forma, qua proprie ad iubendum utimur, minus accurate etiam ad precandum usurpatur. Conf. Eustath. ad Hom. Il. lib. I. v. 1. fin. pag. 8.

Hic locus est memorandae Protagoreae *ὀρθοεπείας*, quae in diversis rhetorum artibus ac disciplinis (*τὰ περὶ λόγων τέχνης*) recensetur Plat. Phaedr. pag. 267. C: *ΦΑΙ. Πρωταγόρεια δέ, ὦ Σώκρατες, οὐκ ἦν μέντοι τοιαῦτ' ἄττα; ΣΩ. Ὀρθοέπειά γέ τις, ὦ παῖ, καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ καλά.* Quae qualis fuerit cum ex hoc loco perspici nequeat, diversae virorum doctorum de illa fuerunt sententiae. Ex aliorum quidem qui *περὶ ὀρθοεπείας* scripserunt comparatione res non liquet: nam cum tam late pateat huius nominis significatio, factum est ut alii aliam disciplinam *ὀρθοέπειαν* vocarent. Sed a Quintiliano duo memorantur *ὀρθοεπείας* genera. Lib. I. cap. V. §. 33. enim *ὀρθοέπειαν* dicit emendatam cum suavitate vocum explanationem, qua quae sint syllabae longae, breves, acutae, graves, flexae doceatur atque in vitia oris et linguae animadvertatur, qualia sint *ἰωτακισμοί, λαμβδακισμοί, ἰσχνότητες, πλατειασμοί, κοιλοστομία*, et, ut ipsius verbis utar, „proprii illi et inenarrabiles soni, quibus nonnunquam nationes deprehendimus. Remotis igitur omnibus, de quibus supra dixi, vitiis

erit illa quae vocatur ὀρθοέπεια." Est igitur ea vocum singularum pronunciatio, quae et prosodiae praeceptis sit accommodata, et aures suavitate quadam delectet (richtige und wohlklingende Aussprache). Ea fortasse fuit Democriti ὀρθοέπεια. Diogenes Laert. enim lib. IX. §. 48. in musicis Democriti scriptis memorat librum περὶ Ὁμήρου ἢ ὀρθοεπείης καὶ γλωσσέων, quod explicandum videtur: De Homero, sive de recta versuum Homericorum recitatione et de vocibus Homericis peregrinis vel minus tritis. — Sed lib. I. cap. VI. §. 17. et q. seqq. Quintilianus aliam describit ὀρθοέπειαν. Esse enim, qui molestissima diligentiae perversitate *audaciter* potius dicant quam *audacter*, licet omnes oratores hanc dicendi rationem sequantur; *emicavit*, non *emicuit*, cum verborum infinitivo modo *are* terminatorum praeteritum tempus cadat in *avi*; *conire*, non *coire*, quia *cum* in verbis compositis *con* sonet, non *co*; *tribunale*, non *tribunal*, cum sit a *tribunalis*; *faciliter*, non *facile*, cum adverbiorum ab adiectivis in *is* cadentibus ductorum recta terminatio sit *ter*, non *e*; *centum millia nummorum*, non *nummum*, qui sit accusativus casus singularis, eademque de causa *fides Deorum* non *Deum*; non *caldus*, sed contra consuetudinem illius aetatis *calidus*, ut sit simile adiectivis *tepidus*, *frigidus*. „Atqui hanc quidam ὀρθοέπειαν solam putant, quam ego minime excludo. Quid enim tam necessarium, quam recta locutio? Immo inhaerendum ei iudico quoad licet, diu etiam mutantibus repugnandum; sed abolita atque abrogata retinere insolentiae cuiusdam est et frivolae in parvis iactantiae." — Fuerunt igitur, qui vulgarem dicendi usum reiicientes multis in vocibus et locutionibus ea amplecterentur, quae ex aliorum comparatione vel ex etymis recta censerent, eadem prorsus ratione, qua etiamnunc utuntur qui putida quadam diligentia *der mittle* dicunt vel *Religionlehrer*. Hanc vero dicebant ὀρθοέπειαν. Duo igitur quum norimus ὀρθοεπείας genera, neque quidquam in Protagorae studiis inveniatur, quod cum priore illa ὀρθοεπείᾳ comparari queat, alteri generi simillimam esse Protagorae disciplinam quam modo tractavimus neminem fugit. Is quoque vulgarem dicendi usum ac consuetudinem falsam dicens in rebus haud ita paucis

quid verum esset ex similium comparatione, quam analogiam dicit Quintilianus, et ratione expedivit. Quae studia cum ὀϱθοεπείας nomine a quibusdam comprehensa ex Quintiliano cognorimus, ipsum vero Protagoram ὀϱθοέπειαν quandam tractasse ex Platone appareat, quae qualis fuerit aliis ex fontibus non perspiciatur: haud ita longe a vero aberrare videmur grammatica illa studia, de quibus modo sermo erat, ὀϱθοεπείας nomine sophistam comprehendisse statuentes. Eadem fortasse est Welckeri sententia, qui Mus. Rhen. 1833. pag. 559. annot. 163: „Die ὀϱθοέπεια“, inquit, „des Protagoras im Phaedros geht die grammatische Form an“, Spengelii pag. 42. laudans; itaque recte idem Classenium reprehendisse videtur, qui ὀϱθοέπειαν Protagoream eandem fere fuisse putat qui ὀϱθὸς λόγος, a Plut. Per. cap. XXXVI. memoratus, cum ille ad ipsam sententiam pertineat atque in rhetoricis Protagorae studiis tractandus sit, haec, dicendi formam spectans, in grammaticis. Nihilominus cum Classenio in eo consentio, ὀϱθοέπεια non esse ducendum ἀπὸ τῶν ὀϱθῶν ἐπῶν, ut Lerschius libri laud. pag. 18. ait: „Diese ὀϱθοέπεια aber, die ihm auch Socrates in Platon. Phaedr. pag. 82. beilegt, ist keine andere als die Lehre πεϱὶ ὀϱθότητος ἐπῶν oder ὀνομάτων“: conf. eiusdem pag. 16: — sed ab ὀϱθῶς 'ΕΠειν, recte loquendo, vel potius ab adiectivo ὀϱθοεπής. Item diversissima confudit Herbstius pag. 141: „Zu seinem Unterrichte gehören ausser der πολίτεια und der οἰκονομία noch die grammatischen Studien, die unter dem allgemeinen Namen ὀϱθοέπεια mit begriffen sind, da diese nicht bloss, wie Classen p. 29. glaubt, auf die Sprache gieng, sondern die genaue Bestimmung der Sache selbst, also einiger Massen seine Logik oder Metaphysik, wenn wir's so nennen dürfen, noch mit umfasste. So kann sie freilich noch die Kunst, recht und genau zu sprechen, genannt werden, aber nur, wenn man zugleich die Sache als den Probierstein der Rede gelten lässt. Ein Beispiel für diesen weiteren Kreis der ὀϱθοέπεια giebt uns Plutarch im Leben des Perikles c. 36. in folgenden Worten: Πεντάθλον et q. seqq., wo nur ein anderer Ausdruck (κατὰ τὸν ὀϱθότατον λόγον) für ὀϱθοέπεια gesetzt ist, wie

bei Themistius Or. 23. pag. 289. *ὀρθορρημοσύνη* dafür vorkommt et. q. seqq." Quo in Themistii loco insuper non Protagorae sed Prodico *ὀρθορρημοσύνην* tribui pag. 129. monitum est.

CAPUT IV.

Alia erat quaestio *περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος*, quam tractasse Protagoram fuerunt qui ex Platonis Cratylo concluderent. Dialogi initio enim Hermogenes et Cratylus qua de re ipsi disputent cum Socrate communicant. Atque Hermogenes Cratyli sententiam hanc esse ait: *Ὀνόματος ὀρθότητα εἶναι ἑκάστῳ τῶν ὄντων φύσει πεφυκυῖαν, καὶ οὐ τοῦτο εἶναι ὄνομα ὃ ἄν τινες ξυνθέμενοι καλεῖν καλῶσι τῆς αὐτῶν φωνῆς μόριον ἐπιφθεγγόμενοι, ἀλλὰ ὀρθότητά τινα τῶν ὀνομάτων πεφυκέναι καὶ Ἕλλησι καὶ βαρβάροις τὴν αὐτὴν ἅπασιν* (pag. 383. A). Ad quod Socrates rem dicit esse perdifficilem ad diiudicandum; seque non audivisse dolet Prodici *πεντηκοντάδραχμον ἐπίδειξιν*, quam qui audierit *περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος* esse edoctum: pag. 384. B: *Εἰ μὲν οὖν ἐγὼ ἤδη ἀκηκόη παρὰ Προδίκου τὴν πεντηκοντάδραχμον ἐπίδειξιν, ἣν ἀκούσαντι ὑπάρχει περὶ τοῦτο πεπαιδεῦσθαι, ὥς φησιν ἐκεῖνος, οὐδὲν ἂν ἐκώλυέ σε αὐτίκα μάλα εἰδέναι τὴν ἀλήθειαν περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος· νῦν δὲ οὐκ ἀκήκοα, ἀλλὰ τὴν δραχμιαίαν· οὔκουν οἶδα, πῇ ποτὲ τὸ ἀληθὲς ἔχει περὶ τῶν τοιούτων.* *) Tum Hermogenes *Καὶ μὴν ἔγωγε*, inquit, *ὦ Σώκρατες, πολλάκις δὴ καὶ τούτῳ διαλεχθεὶς καὶ ἄλλοις πολλοῖς οὐ δύναμαι πει-*

*) Si ex his Platonis verbis colligimus, Prodici *ἐπίδειξιν πεντηκοντάδραχμον* fuisse de verborum rectitudine, cum illis conciliantur Charm. pag. 163. D: *Καὶ γὰρ Προδίκου μυρία τινὰ ἀκήκοα περὶ ὀνομάτων διαιροῦντος* et Prot. pag. 341. A, ubi Socrates, postquam discrimine quod sit inter *εἶναι* et *γενέσθαι* exposito Simonidem defendere conatus Protagorae assensum non tulit, *Σὺ δέ*, inquit, *ἄλλων πολλῶν ἔμπειρος ὢν ταύτης (τῆς Προδίκου σοφίας) ἄπειρος εἶναι φαίνει, οὐχ ὥσπερ ἐγὼ ἔμπειρος διὰ τοῦ μαθητὴς εἶναι Προδίκου τουτουί.* Nam Charmidae et Protagorae locis Socrates se audivisse ait Prodici scholas de similibus diversarum vocum significationibus discernendis: in Cratylo se non audivisse dicit eiusdem *πεντηκοντάδραχμον ἐπίδειξιν*, quae erat de nominum rectitudine. Quae explicatio quanquam simplicissima, non est tamen necessaria. Potuit enim Socrates, utrum re vera Prodici quoque disciplina esset de nominum rectitudine non curans, Prodici de synonymis quae dicunt scholas negligentius illo nomine significare, ut Euthyd. pag. 277. E. Alii rem aliter expedierunt: cum Spengelii pag. 47. conf. Welckerus pag. 559. et q. seq.

σθῆναι, ὡς ἄλλη τις ὀρθότης ὀνόματος ἢ ξυνθήκη καὶ ὁμολογία. ἐμοὶ γὰρ δοκεῖ, ὅτι ἄν τίς τῳ θῆται ὄνομα, τοῦτο εἶναι τὸ ὀρθόν· καὶ ἂν αὖθίς γε ἕτερον μεταθῆται, ἐκεῖνο δὲ μηκέτι καλῇ, οὐδὲν ἧττον τὸ ὕστερον ὀρθῶς ἔχειν τοῦ προτέρου, ὥσπερ τοῖς οἰκέταις ἡμεῖς μετατιθέμεθα, οὐδὲν ἧττον τοῦτ' εἶναι ὀρθὸν τὸ μετατεθὲν τοῦ πρότερον κειμένου· οὐ γὰρ φύσει ἑκάστῳ πεφυκέναι ὄνομα οὐδὲν οὐδενί, ἀλλὰ νόμῳ καὶ ἔθει τῶν ἐθισάντων τε καὶ καλούντων. Est igitur ὀνομάτων ὀρθότης ea rem inter reique nomen ratio intercedens, qua nomen rei conveniat. Conf. Crat. pag. 422. D: Ἀλλὰ μὴν ὧν γε νῦν διεληλύθαμεν τῶν ὀνομάτων ἡ ὀρθότης τοιαύτη τις ἐβούλετο εἶναι, οἵα δηλοῦν οἷον ἕκαστόν ἐστι τῶν ὄντων. Pag. 428. E: Ὀνόματος, φαμέν, ὀρθότης ἐστὶν αὕτη, ἥτις ἐνδείξεται οἷόν ἐστι τὸ πρᾶγμα. Eadem igitur est grammaticorum veterum contentio illa, utrum rei cuique nomen sit φύσει an νόμῳ, atque haec, de qua et in Cratylo dissentiunt et a Protagora librum esse conscriptum praeter alios Stallbaumius ad Crat. pag. 391. C et praefat. pag. 16, Lerschius l. l. pag. 18. et q. seq., Dittrichius Proleg. ad Plat. Crat. pag. 29. et q. seqq. collegerunt ex pag. 391. B: Ὀρθοτάτη μὲν τῆς σκέψεως, ὦ ἑταῖρε, μετὰ τῶν ἐπισταμένων, χρήματα ἐκείνοις τελοῦντα καὶ χάριτας κατατιθέμενον. εἰσὶ δὲ οὗτοι οἱ σοφισταί, οἷσπερ καὶ ὁ ἀδελφός σου Καλλίας πολλὰ τελέσας χρήματα σοφὸς δοκεῖ εἶναι. ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἐγκρατὴς εἶ τῶν πατρῴων, λιπαρεῖν χρὴ τὸν ἀδελφὸν καὶ δεῖσθαι αὐτοῦ διδάξαι σε τὴν ὀρθότητα περὶ τῶν τοιούτων, ἣν ἔμαθε παρὰ Πρωταγόρου. — Sed tota huius loci conditio talis est, ut temerius egisse videantur, qui a Protagora nominum rectitudinem tractatam esse inde demonstrare voluerint: Nam non ipsa περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος doctrina Protagorae tribuitur. Conf. quae proxime praecedunt: ΣΩ. Οὐκοῦν τὸ μετὰ τοῦτο χρὴ ζητεῖν, εἴπερ ἐπιθυμεῖς εἰδέναι, ἥτις ποτ' αὖ ἐστὶν αὐτοῦ ἡ ὀρθότης. ΕΡΜ. Ἀλλὰ μὴν ἐπιθυμῶ γε εἰδέναι. ΣΩ. Σκόπει τοίνυν. ΕΡΜ. Πῶς οὖν χρὴ σκοπεῖν; Hermogenem igitur qua ratione inquirendum sit interrogantem ad sophistas delegat, qui scilicet rectam inquirendi et disputandi rationem magna mercede doceant. Atque Calliam a

Protagora didicisse *τὴν ὀρθότητα περὶ τῶν τοιούτων:* quae sane non est *ἡ τῶν ὀνομάτων ὀρθότης*, sed *ἡ ὀρθοτάτη σκέψις περὶ τῶν τοιούτων*. Vel hoc unum, quod Socrates *περὶ τῶν τοιούτων* ait, indicio est, non dici Protagoram rem ipsam de qua quaerunt docuisse, sed similia quaedam. Ut ego non dubitem, cum Spengelio pag. 44. totam putare sophistarum inque primis Protagorae cavillationem, qui quid sit *ὀρθῶς* dictum magno pretio vendat. Iam Heindorfius et Schleiermacherus ex hoc Cratyli loco demonstrari non posse Protagorae de nominum rectitudine professionem intellexerunt: quanquam non, id quod illi arbitrati sunt, *ὀρθοέπεια* potissimum sophistae indicatur, quae erat grammatica. Immo si quidem unum aliquod exhibendum est, *ὁ ὀρθὸς λόγος* magis huc pertinet. Sed de universa potius Protagorae doctrina cogitandum est, qua semper *τὴν ὀρθότητα* spectabat. Attamen non possum quin cum Schleiermachero sentiam, qui ad h. l. „Wollte aber jemand bemerken", inquit, „diese ganze Anspielung sei hier etwas frostig, so möchte wenig darauf zu sagen sein." — Ceterum si quis nihilominus Protagoram *περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος* scripsisse contendat, nequaquam tamen hoc potuit in libro illo *Ἀλήθεια* inscripto, cuius longe diversum erat argumentum. Quem Stallbaumii errorem (vid. l. l., conf. Lerschius pag. 19.) suum fecit Graefenhahnius libri cui inscripsit Geschichte der klassischen Philologie tom. I. pag. 136.

Atque haec quidem de Protagorae quaestionibus grammaticis; quas omnes ipse primus instituit. Retractandum igitur est Classenio, quod pag. 62. Aristotelem primum terminationes secundum genera disposuisse ait. Neque, quae et aliorum et Classenii (pag. 28.) aliquaque ex parte Herbstii quoque (pag. 146.) est sententia, Democriti doctrina erat, quam Protagoras additamentis nonnullis auctam per totam Graeciam cum auditoribus communicarit: nam, cum Democritus vixdum agebat annum decimum, Protagoras iam Athenis artem suam exercuit. Ipse igitur huius disciplinae fuit auctor. Et profecto mihi quidem omnium Protagorae studiorum grammatica videntur esse sanissima. Quanquam aliter iudicat Herbstius, qui Protagoram *ὀρθοεπείᾳ* rerum omnium ineptissimam suscepisse putat.

Is enim linguam a Protagora everso vulgari dicendi usu mutatam fuisse ait et uni cuique verbo id genus atque eam terminationem datam, quae ipsi placuisset: ut exempli causa ὁ πήληξ, ὁ μῆνις, ἡ καρδόπη, ἡ ἀλεκτρύαινα re vera scripsisset. Vid. pag. 142: „Aus dieser Annahme entstand seine Sprachveränderung in Bezug auf das Geschlecht, bei der ich mir freilich nicht vorstellen kann, welche Grenzen sie gehabt haben mag", idque probavit Lerschio pag. 20. Atque profecto nonnisi qui adeo temere veterum locis usus fuerit atque Herbstius, de Protagorae studiis grammaticis talem tulerit sententiam: „Nur durch die Annahme des ersten aufkeimenden Sprachbewusstseins lässt sich das auffallend Absurde in der Protagoreischen Grammatik erklären." Sed, ut Herbstius, frustra laboraverunt, quicunque Protagorae de studiis grammaticis immortale meritum calumnniis detrectare conati sunt. Nam nos etiam nunc eadem fere ratione, quanquam et multo amplificata et aliam sequentes viam atque consilium, utimur et in veterum scriptorum libris explicandis et in linguae alicuius legibus constituendis.

CAPUT V.

Iam ad illam accedimus, qua Protagorae virtutis politicae pars haud exigua continebatur, dicendi facultatem. Qua quidem cum nos magni faciamus si quis bonam causam semper superiorem efficere possit, Protagorae ars longe maior erat: is enim qualemcunque causam superiorem fecit. Hoc enim est quod Protagoram *τὸν ἥττω λόγον κρείττω πεποιηκέναι* veteres scriptores aiunt. Quae persuadendi ars, cum ad quamvis fere rem de qua disputaretur maximo cum usu adhiberi posset, plurimum tamen in litibus forensibus valebat, qua suam quisque malam causam bonam redderet de mala causa ita disserens, ut bona esse iudicibus videretur ipseque victor evaderet. Vid. Arist. Rhet. lib. II. cap. 24. tom. II. pag. 1402. Bekk.: *Καὶ τὸ τὸν ἥττω δὲ λόγον κρείττω ποιεῖν τοῦτ' ἐστίν· καὶ ἐντεῦθεν δικαίως ἐδυσχέραινον οἱ ἄνθρωποι τὸ Πρωταγόρου ἐπάγγελμα.* Gell. Noct. Att. lib. V. cap. 3: „Is tamen Protagoras, insincerus quidem philosophus, sed acerrimus sophi-

starum fuit; pecuniam quippe ingentem cum a discipulis acciperet annuam, pollicebatur se id docere, quanam verborum industria causa infirmior fieret fortior, quam rem Graeci ita dicebant: *τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖν.*“ — Steph. Byz. v. *Ἄβδηρα· Καὶ Πρωταγόρας, ὃν Εὔδοξος ἱστορεῖ τὸν ἥσσω καὶ κρείσσω λόγον πεποιηκέναι καὶ τοὺς μαθητὰς δεδιδαχέναι* *) *τὸν αὐτὸν καὶ ψέγειν καὶ ἐπαινεῖν.* In Aristophanis Nubibus rusticus ille Strepsiades Phidippidem filium, qui rem familiarem perdidit, ad *μεριμνοσοφιστὰς* in *φροντιστήριον* mittit, cui praeest Socrates, ut *τὸν ἥττω λόγον* discat, quo se aere alieno liberet: v. 113:

Εἶναι παρ' αὐτοῖς φασὶν ἄμφω τὼ λόγω,
τὸν κρείττον', ὅστις ἐστί, καὶ τὸν ἥττονα.
τούτοιν τὸν ἕτερον τοῖν λόγοιν, τὸν ἥττονα,
νικᾶν λέγοντά φασι τἀδικώτερα.
ἢν οὖν μάθῃς μοι τὸν ἄδικον τοῦτον λόγον,
ἃ νῦν ὀφείλω διὰ σὲ τούτων τῶν χρεῶν
οὐκ ἂν ἀποδοίην οὐδ' ἂν ὀβολὸν οὐδενί.

Conf. v. 245. et q. seqq., 873. et 874, al. Neque *Λόγους* illos, qui v. 879.—1088. eadem in fabula prodeunt, *δίκαιον καὶ ἄδικον*, similes esse Protagorae *λόγων ἥττονος καὶ κρείττονος* negari potest. *Ἄδικος* enim *Λόγος* id agit, ut Phidippidem alliciat ad Socratis scholas adeundas, cuius in personam Aristophanes omnia fere sophistarum studia contulit, praesertim vanam illam dicendi facultatem qua quidvis demonstraretur; cum *δίκαιος Λόγος* novas istas sophistarum rationes in contemtionem odiumque vocare et priscorum hominum vitae simplicitatem ac probitatem moresque fortiores et sinceriores commendare conetur. Protagoram autem apte cavillatur: primum enim *ἄδικος Λόγος δικαίῳ* quisnam tandem sit quaerenti se *Λόγον* esse respondet, quo cognomine Protagoras omnibus erat cognitus (vid. lib. I. cap. V.): deinde *δίκαιος Λόγος* victus *ἀδίκῳ* campum cedit, sive, ut cum Protagora loquar: *ὁ ἥττων Λόγος κρείττων ποιεῖται.* In Socratis vero schola malam causam bonam reddi aegre tulit scholiasta ad Nub. v. 113: *Ψεύδεται ὁ κωμικὸς*

*) Ita scribendum esse pro *δεδειχέναι* ego mihi persuadeo.

λέγων παρὰ Σωκράτει εἶναι τὸν ἄδικον λόγον· οὐ γὰρ Σωκράτης ἀλλὰ Πρωταγόρας ὁ Ἀβδηρίτης ἐφεῦρε αὐτὸν καὶ ἐδίδασκεν. Sed Socratem phrontisterio praefectum esse non est quod miremur. Ridetur enim primaria philosophorum qui tunc erant ratio, qua novam ingressi viam cogitando omnia effici putarent atque vanis interdum et ineptis quaestionibus operam navarent. Sophistarum igitur tunc celeberrimorum studia hac *μεριμνοφροντιστῶν* schola amplexus est, Socratem vero philosophorum Atheniensium illius temporis notissimum magistrum eorum finxit. — Ceterum falsissimum est quod Kayserus ed. Philostrat. pag. 200. ait: „Ipse antiquam suam artem esse contendebat, vid. Plat. Prot. 316, ubi *ἥττω λόγον κρείττω* fecisse iam Homerum affirmat Protagoras: adde Tzetz. Chil. XI. 713.“ Nam Platonis loco ne verbo quidem tangitur illud *ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖν*, sed Protagoras iam Homerum exercuisse ait artem sophisticam, qua homines meliores redderentur: vulgi vero invidiam ut evitaret, non palam hanc artem professum esse, sed carminibus absconditam hominibus tradidisse. Vix quidem ita dixisset vir doctus ille, si ipse Platonem evolvisset, neque, id quod plus semel fecit, Herbstii verba (pag. 130.) paucioribus comprehensa reddere satis habuisset. Qua quidem in re insuper negligentius versatus est. Herbstius enim Platonis loco illo nihil demonstrare voluit nisi quod inesse modo ipsi diximus. Haec autem Herbstii verba: „Mir scheint dies deswegen nicht so ganz vom Plato erdichtet zu sein — weil Tzetzes Hist. Chil. XI. 713. vom Protagaras sagt, er weise nach wie auch Homer schon an mehreren Stellen sich des *ἥττων λόγος* bedient habe“ mera Herbstii negligentia nituntur, qui ad *ἐλέγχει* v. 713. itemque ad *δείξει* v. 717. subiectum pertinere *Πρωταγόρας* opinabatur, cum sit Tzetzes ipse, qui de se loquens tertia uti solet persona.

Neque vero accurate dictum est, quod non solum apud Stephanum Byzantium, Aristophanis scholiastam, Tzetzem v. 697. iisque q. seqq., sed etiam apud Aristophanem ipsum locis supra laudatis legitur, Protagoram *τὸν ἥττω λόγον* invenisse atque docuisse, tanquam esset *ὁ ἥττων*

λόγος dicendi genus aliquod falsis fictisque argumentis nixum, idem qui ἄδικος λόγος (Nub. v. 117, 874.), quo adversarius vinceretur:

ὁ ψευδὴς μηδ' ἀληθεύων λόγος,
ἐν ᾧ μὲν ἄλλος ἥττηται

(Tzetz. lib. I. v. 697.). Nam et ὁ ἥττων λόγος et ὁ κρείττων iam ante Protagoram semper fuerunt. Ubicunque enim aliqua est dissensio, eius, qui rem agere videtur iustam ac veram, λόγος est κρείττων, quia causa eius superior erit: alterius, quem illi succumbere consentaneum est, λόγος ἥττων, qui quidem non est peior illo, sed infirmior: ut recte Tzetzes v. 696:

Ἡττών λόγος καθέστηκεν ὁ τῶν ἀσθενεστέρων.

Est enim pro rerum statu tum bonae causae λόγος ἥττων, tum malae. Aristophanis scholiasta, Stephanus (nisi forte Stephani καί est *vel*), ceteri, in errorem inducti sunt Aristophanis aculeo, qui hanc Protagorae professionem ut in irrisionem vocaret ita calumniatus est. Ut posteriorum fortasse sophistarum eius modi quid hic vel ille docuerit Protagorae artificium aliqua ex parte immutans: ipsum non πεποιηκέναι τὸν ἥττω καὶ τὸν κρείττω λόγον, hoc est, non tradidisse dicendi genera duo a se inventa, alterum melius, peius alterum, et ex Aristotelis loco supra exhibito, et Platonis verbis Apol. Socr. pag. 18. B et 19. B: Τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιῶν manifesto apparet. Etiam Gellius rectissime τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖν Protagoram ait professum, quod sit *causam infirmiorem facere fortiorem* *). Conf. Cic. Brut. cap. VIII. §. 30.

Pauca hoc loco dicenda sunt de lite illa a multis veterum scriptorum enarrata, quam egerit Protagoras cum Euathlo discipulo. Auli Gellii verbis utamur Noct. Att. lib. V. cap. 10: — „Quale est pervulgatum illud, quo Protagoram sophistarum acerrimum usum esse ferunt adversus Euathlum discipulum suum. Lis namque inter eos et controversia super pacta

*) Quod Quintilianus igitur memorat Instit. lib. II. cap. XVI. §. 3: „Nam et Socrati obiiciunt comici, docere eum, quomodo peiorem causam meliorem faciat", id ex Aristophanis quidem sententia, quem respicit ille, dictum est: Protagoras vero, quem Aristophanes cavillatur, non peiorem causam meliorem, sed infirmiorem fecit fortiorem; quanquam hac professione illud non est exclusum.

mercede haec fuit. Euathlus adolescens dives eloquentiae discendae causasque orandi cupiens fuit. Is in disciplinam Protagorae se dedit, daturumque promisit mercedem grandem pecuniam, quantam Protagoras petiverat; dimidiumque eius dedit tunc iam statim priusquam disceret, pepigitque ut reliquum dimidium daret quo primo die causam apud iudices orasset et vicisset. Postea quum diutule auditor assectatorque Protagorae fuisset et in studio quidem facundiae abunde promovisset, causas tamen non reciperet tempusque iam longum transcurreret, et facere id videretur ne reliquum mercedis daret: capit consilium Protagoras, ut tum existimabat, astutum. Petere instituit ex pacto mercedem: litem cum Euathlo contestatur, et quum ad iudices coniiciendae consistendaeque causae gratia venissent, tum Protagoras sic exorsus est: *Disce,* inquit, *stultissime adolescens, utroque id modo fore ut reddas quod peto, sive contra te pronuntiatum erit, sive pro te. Nam si contra te lis data erit, merces mihi ex sententia debebitur, quia ego vicero: sin vero secundum te iudicatum erit, merces mihi ex pacto debebitur, quia tu viceris.* Ad ea respondit Euathlus: *Potui*, inquit, *huic tuae tam ancipiti captioni isse obviam, si verba non ipse facerem atque alio patrono uterer. Sed maius mihi in ista victoria prolubium est, quum te non in causa tantum, sed in argumento quoque isto vinco. Disce igitur tu quoque, magister sapientissime, utroque modo fore uti non reddam quod petis, sive contra me pronunciatum erit, sive pro me. Nam si iudices pro causa mea senserint, nihil tibi ex sententia debebitur, quia ego vicero. Sin contra me pronuntiaverint, nihil tibi ex pacto debebo, quia non vicero.* Tum iudices dubiosum hoc inexplicabileque esse quod utrimque dicebatur rati, ne sententia sua, utramcunque in partem dicta esset, ipsa sese rescinderet, rem iniudicatam reliquerunt causamque in diem longissimam distulerunt.“ et q. seqq. Simillimus est locus Apuleii Florid. lib. IV. n. 18, qui verba coram iudicibus haec facta esse narrat: „*Nam sive ego vicero*, inquit (Protagoras), *solvere mercedem debebis ut condemnatus: seu tu viceris, nihilo minus reddere debebis ut pactus, quippe qui*

hanc causam primam penes iudices viceris. Ita si vincis, in conditionem incidisti; si vinceris, in damnationem. Quid quaeris? ratio conclusa iudicibus acriter et invincibiliter videbatur. Enimvero Euathlus, utpote tanti veteratoris perfectissimus discipulus, biceps illud argumentum retorsit. Nam, *Si ita est*, inquit, *neutro modo quod petis debeo. Aut vinco et iudicio dimittor, aut vincor et pacto absolvor, quo non debeo mercedem, si hanc primam causam fuero penes iudices victus. Ita me omni modo liberat, si vincor, conditio, si vinco, sententia* *). Conf. Diog. Laert. lib. IX. §. 56: *Λέγεται δέ ποτε αὐτὸν ἀπαιτοῦντα τὸν μισθὸν Εὔαθλον τὸν μαθητήν, ἐκείνου εἰπόντος· „Ἀλλ' οὐδέ πω νενίκηκα" εἰπεῖν· „Ἀλλ' ἐγὼ μὲν ἂν νικήσω, ὅτι ἐγὼ ἐνίκησα λαβεῖν με δεῖ· ἐὰν δὲ σύ, ὅτι σύ"* **). Vid. etiam Io. Sarisb. Policr. lib. V. cap. 12. — Sed idem quod scriptores modo memorati de Protagora atque Euathlo, Sextus Empiricus de Corace eiusque discipulorum aliquo tradit adv. Math. lib. II. §. 96. et q. seqq.: *Τοσοῦτον γὰρ ἀπέχουσιν οἱ εἰς τοὔναντίον ἐπιχειροῦντες τὴν ἀμφισβήτησιν λύειν, ὡς καὶ ἐκ τῶν ἐναντίων αὐτὴν ἐπισφίγγειν, ἐπιθολοῦντες τὴν τῶν δικαστῶν γνώμην. καὶ τούτου πίστις ἡ περὶ Κόρακος φερομένη παρὰ τοῖς πολλοῖς ἱστορία. νεανίας γὰρ πόθῳ ῥητορικῆς κατασχεθεὶς προσῆλθεν αὐτῷ τὸν ὁρισθησόμενον ὑπ' αὐτοῦ μισθὸν δώσειν ἐπαγγελλόμενος, ἂν τὴν πρώτην νικήσῃ δίκην. συμφωνίας δὲ γενομένης καὶ τοῦ μειρακίου ἱκανὴν ἕξιν ἐμφαίνοντος ἤδη, ὁ μὲν Κόραξ ἀπῄτει τὸν μισθόν, ὁ δ' ἀντέλεγεν. ἀμφότεροι δὲ παρελθόντες εἰς τὸ δικαστήριον ἐκρίνοντο· ὅτε καὶ πρῶτόν φασι τὸν Κόρακα τοιαύτῃ τινὶ χρῆσθαι ἐπιχειρήσει λέγοντα, ὡς ἐάν τε νικήσῃ ἐάν τε μή, λαβεῖν ὀφείλει τὸν μισθόν· νικήσας μέν, ὅτι ἐνίκησεν· λειφθεὶς δέ, κατὰ τὸν τῆς συμφωνίας λόγον. ὡμολόγησε γὰρ αὐτῷ ὁ ἀντίδικος ἀποδώ-*

*) Haec verba Gronovio auctore ex optimis codicibus sic restituta sunt ab Oudendorpio: antea vulgatum erat: „si *vinco*, conditio, si *vincor*, sententia." Attamen hanc emendationem pro sua venditat Herbstius pag. 154.

**) Male si quid video cum in aliis tum in nuperrima Diogenis editione Huebneriana scriptum est *λαβεῖν με ἔδει.*

σειν τὸν μισθὸν, ἐὰν τὴν πρώτην νικήσῃ δίκην, ἣν αὐτόθεν νικήσας ὀφείλει τὴν ὑπόσχεσιν χρεολυτεῖν. Θορυβησάντων δὲ τῶν δικαστῶν ὡς δίκαια λέγοντος αὐτοῦ, παραλαβὼν τοὺς λόγους ὁ νεανίας τῷ αὐτῷ ἐπιχειρήματι μηδὲν μεταθεὶς ἐχρῆτο. „Ἐάν τε γὰρ νικήσω“, φησίν, „ἐάν τε νικηθῶ, οὐκ ὀφείλω τὸν μισθὸν ἀποδοῦναι Κόρακι· νικήσας μέν, ὅτι ἐνίκησα· λειφθεὶς δέ, κατὰ τὸν τῆς συμφωνίας λόγον. ὑπεσχόμην γὰρ ἀποδώσειν τὸν μισθόν, ἐὰν τὴν πρώτην νικήσω δίκην· λειφθεὶς δὲ οὐκ ἀποδώσω“. εἰς ἐποχὴν δὲ καὶ ἀπορίαν ἐλθόντες οἱ δικασταὶ διὰ τὴν ἰσοσθένειαν τῶν ῥητορικῶν λόγων ἀμφοτέρους ἐξέβαλον τοῦ δικαστηρίου ἐπιφωνήσαντες τὸ „ἐκ κακοῦ κόρακος κακὸν ᾠόν.“ Quod ad personas attinet cum Sexto congruens rem paullo aliter narrat Doxopater (vid. Ind.) *Συναγωγῇ διαφόρων ἐξηγητῶν εἰς τὰ Ἀφθονίου προγυμνάσματα* Biblioth. Coisl. pag. 592. Ibi enim Tisias adolescens Coraci persuasisse dicitur, ut ita se eloquentiam doceret, ut, cum ipse nunc pecunia prorsus esset destitutus, institutionis cursu peracto duplum ille vulgaris mercedis acciperet. Sed postquam dicendi facultate Tisias esset imbutus, ἠγνωμόνησεν, καί φησιν· „Λέξον μοι, Κόραξ, τὸν τῆς ῥητορικῆς ὅρον.“ ὁ δέ φησιν· „Ῥητορική ἐστι πειθοῦς δημιουργός.“ ὁ δὲ Τισίας· „Δικάσομαί σοι νῦν“, φησί, „περὶ τῶν μισθῶν, καὶ εἰ μὲν πείσω, οὐ δώσω τοὺς μισθούς, εἰ δὲ μὴ πείσω, ὡσαύτως οὐ δώσω, οἷα μὴ μαθὼν παρὰ σοῦ τὸ πείθειν.“ ὁ δὲ Κόραξ ἀνέστρεφε καί φησι· „Δικάσομαι κἀγώ· καὶ εἰ μὲν πείσω, ὡς πείσας λήψομαι· εἰ δὲ μὴ πείσω, καὶ ὅμως λήψομαι, ἐπειδὴ τηλικοῦτον ἐξέθρεψα μαθητήν, ὡς καὶ τῶν διδασκάλων κρατεῖν.“ ὅθεν οἱ παρεστηκότες ἐβοήθησαν „κακοῦ κόρακος κακὸν ᾠόν.“ Vid. etiam Prolegom. ad Hermogenis Rhetor. ed. Walz. tom. IV. pag. 13. et q. seqq., Zenob. Cent. IV. 82. locosque a Schneidewino congestos Paroemiogr. Graec. tom. I. pag. 107.

Quibus ex locis utramque narrationem ad unam rem pertinere facile apparet; ut aut a Gellio, Apuleio, Diogene, Ioanne Sarisberiensi *) falso Protagoras et Euathlus

*) Nam quod is Pythagoram dicit et Euathlum, id mero errore, non quidem Ioannis, sed eius nititur, quo ille hac in re auctore usus est. Quanquam

dicti sint, aut a Sexto Empirico ceterisque Corax et Tisias. Plerique quidem Sexto fidem habuerunt: ita Geelius pag. 83. ex hac lite ortum ait proverbium illud „ἐκ κακοῦ κόρακος κακὸν ᾠόν“: temerarium vero esse historiam convellere conari, quae proverbio ortum dederit. Atque eadem est ceterorum fere sententia. Sed ortum esse proverbium ex lite illa Coracis et Tisiae equidem non credo: neque enim tunc ipsum ab uno ex iudicibus inventum videtur, neque omnino tale est, quod ad inveniendum certo quodam viro cui nomen esset Coraci opus fuerit. Est etiam apud alios populos: quid similius hoc nostro: Wie die Henne so das Ei: cuius proverbii originem quis a muliere aliqua Henne nominata repetendam esse censeat? Fortasse iam ante utrumque, et Protagoram et Coracem, Graeci dicebant ἐκ κακοῦ κόρακος κακὸν ᾠόν, atque iudices, cum litigantes abire iuberent, in sophistas illos hoc proverbio invehi poterant iure non minore quam in Coracem et Tisiam. Sciolus vero aliquis, proverbium nonnisi in Coracem valere opinatus quum nominis cavillatio inesse videretur, fabulam illam de Coracis cum Tisia lite commentus est. Talem enim fuisse fabellarum permultarum originem in vulgus est notum *). Nisi forte narratio ista confecta est sive ad sophistarum rationem vanam atque argutiorem cavillandam, sive a rhetore aliquo hoc argumentum exercitationis causa

enim rem totam Ioannes e Gellio exscripsit, in eo tamen consulto a Gellio discrepat, quod aliorum auctoritatem secutus Pythagoram dicit. Ita enim narrationem suam concludit: „Nec multum refert ad propositum, Pythagoras an Protagoras, sicut Quintiliano placet et Aulo Gellio, litigaverit: neque enim vis est in nomine“ et q. seqq. Nihilominus hunc Ioannis locum Gellii, Apuleii, Diogenis, testimoniis adnumerare non dubito: nam ignotus ille auctor, quem Sarisberiensis secutus Pythagoram in hanc narrationem intulit, sive suo sive fontium quibus utebatur errore Pythagoras pro Protagoras scripserat, itaque iure opponi potest Ioannes Sexto quique cum Sexto faciunt. — Ceterum Ioannes Quintilianum memorans respexisse videtur ad lib. III. cap. I. §. 10, ubi hoc est: „Abderites Protagoras, a quo decem millibus denariorum didicisse artem quam edidit Euathlus dicitur.“

*) Ciceronis verba de Or. lib. III. cap. XXI. § 81: „Quare Coracem istum vestrum patiamur nos quidem pullos suos excludere in nido, qui evolent clamatores odiosi ac molesti“, ut intelligantur, cum Spengelio pag. 27. annot. 42. ad proverbium refugere nequaquam opus est.

tractatum vel discipulis ut tractarent propositum. Protagora certe talem litem Welckerus pag. 28. annot. 70. optimo iure censet indignam: quam ab illius ratione prorsus abhorrere pag. 165. et 166. demonstrabitur. De libro Protagorae, qui a Diog. Laert. lib. IX. §. 55. nominatur Δίκη ὑπὲρ μισθοῦ, infra disseretur.

Dicendi sollertiam ut cum discipulis communicaret, cum institutione quadam quam dicimus theoreticam multas coniungebat exercitationes. Nam nihil esse dicere solebat neque artem sine exercitatione neque exercitationem sine arte (vid. pag. 169.). Ita sententiam aliquam discipulis proponebat, quam colloquio instituto alteri confirmarent ac defenderent, alteri impugnarent et refellerent. Suidas v. Πρωταγόρας· Πρῶτος δὲ οὗτος τοὺς ἐριστικοὺς λόγους εὗρε καὶ ἀγῶνα λόγων ἐποιήσατο, quod est ex Diog. lib. IX. §. 52. Cfr. Eudocia l. l. et schol. ad Plat. Reip. lib. X. pag. 600. C. Quibus in exercitationibus magnus usus erat t h e s e o n, sententiarum universalium, de quibus in utramque partem disputari posset: Diog. Laert. lib. IX. §. 53: Καὶ πρῶτος κατέδειξε τὰς πρὸς τὰς θέσεις ἐπιχειρήσεις, ὥς φησιν Ἀρτεμίδωρος ὁ διαλεκτικὸς ἐν τῷ πρὸς Χρύσιππον. De thesibus conf. Cic. Top. cap. XXI. §. 79: „Quaestionum duo sunt genera, alterum infinitum, definitum alterum. Definitum est, quod ὑπόθεσιν Graeci, nos causam: infinitum, quod θέσιν illi appellant, nos propositum possumus nominare. Causa certis personis, locis, temporibus, actionibus, negotiis cernitur aut in omnibus aut in plerisque eorum: propositum autem in aliquo eorum aut in pluribus, nec tamen in maximis. Itaque propositum pars est causae.“ Quem ad locum respicit Quintil. lib. III. cap. V. §. 5: „Item convenit, quaestiones esse aut infinitas aut finitas. Infinitae sunt, quae remotis personis et temporibus et locis ceterisque similibus in utramque partem tractantur, quod Graeci θέσιν dicunt, Cicero propositum, alii quaestiones universales civiles, alii quaestiones philosopho convenientes.“ — „Finitae autem sunt ex complexu rerum, personarum, temporum ceterorumque: hae ὑποθέσεις a Graecis dicuntur, causae a nostris. In his omnis quaestio videtur circa res personasque consistere. Amplior est semper infinita: inde etiam finita descendit.

Quod ut exemplo pateat, infinita est *an uxor ducenda*, finita *an Catoni ducenda*; ideoque esse suasoria potest." Sequuntur apud Quintilianum etiam nonnulla, quae ad θέσεις, quaestiones simplices, universales, generales, infinitas, et ὑποθέσεις, causas, quaestiones speciales, finitas, discernendas faciant. — Haec Protagorae ratio exercendi discipulorum facultatem in sententiis simplicissimis et a Quintiliano et ab ipso Cicerone ut perutilis magnopere laudatur. Vid. Quint. lib. X. cap. V. §. 10: „Plurimum autem parari facultatis existimo ex simplicissima quaque materia. Nam illa multiplici personarum, causarum, temporum, locorum, dictorum, factorum diversitate facile delitescet infirmitas tot se undique rebus, ex quibus aliquam apprehendas, offerentibus. Illud virtutis indicium est: fundere quae natura contracta sunt, augere parva, varietatem similibus, voluptatem expositis dare, et bene dicere multa de paucis. In hoc optime facient infinitae quaestiones, quas vocari θέσεις diximus, quibus Cicero iam princeps in re publica exerceri solebat." Ciceronis locus, ex quo Quintilianus hoc cognovit, haud exiguum confert ad theseon naturam illustrandam: est enim Ep. ad. Att. lib. IX. 4: „Sed tamen ne me totum aegritudini dedam, sumsi mihi quasdam tanquam θέσεις, quae et politicae sunt, et temporum horum, ut et abducam animum ab querelis, et in eo ipso de quo agitur exercear. Eae sunt huius modi: *Εἰ μενετέον ἐν τῇ πατρίδι τυραννουμένῃ. Τυραννουμένης δὲ αὐτῆς εἰ παντὶ τρόπῳ τυραννίδος κατάλυσιν πραγματευτέον· κἂν μέλλῃ διὰ τοῦτο περὶ τῶν ὅλων ἡ πόλις κινδυνεύσειν. Εἰ εὐλαβητέον τὸν καταλύοντα, μὴ αὐτὸς αἴρηται.* —" Tales quaestiones postquam duodecim fere memoravit omnes particula εἰ incipientes, hoc modo pergit: „In his ego me consultationibus exercens et disserens in utramque partem tum Graece tum Latine et abduco parumper animum a molestiis, et τῶν προὔργου τι delibero." — Thesis igitur est sententia una, quae remotis omnibus personis quaestionem quandam continet simplicem. Aptissima est interrogationis ancipitis forma (nam in utramque partem tractanda est), qua et Quintiliani et Ciceronis theses omnes sunt pronuntiatae: „utrum hoc sit an illud", sive „sitne aliquid fa-

ciendum necne.“ Tractari vero possunt aut disputatione conscripta, ut quaecunque in utriusque theseos partis et defensionem et refutationem dici possint diserte exponantur, atque omnibus perpensis tandem quid consequatur explicetur; aut colloquio ita instituto, ut alteri alteram theseos partem laudent atque defendant, alteri contrarium amplexi illam reprehendant atque impugnent: quo efficiatur, ut tandem de re proposita inter utrosque constet. Potest aliquis etiam de una thesi duas conscribere commentationes, quarum altera affirmet, altera neget quaestionem propositam.

Similes theseon, nec tamen eaedem, sunt quas ante eloquentiae artem a Corace Tisiaque conditam a Protagora conceptas fuisse Cicero ait Brut. cap. XII. §. 46, rerum illustrium disputationes, postea loci communes appellati: „Itaque, ait Aristoteles, cum sublatis in Sicilia tyrannis res privatae longo intervallo iudiciis repeterentur, tum primum, quod esset acuta illa gens et controversa natura, artem et praecepta Siculos Coracem et Tisiam conscripsisse: nam antea neminem solitum via nec arte, sed accurate tamen et de scripto plerosque dicere, scriptasque fuisse et paratas a Protagora rerum illustrium disputationes, quae nunc communes appellantur loci.“ Quorum verborum sententiam contra Geelium, Prellerum, Peterum, alios pag. 41. et q. seqq. exposuimus. Locorum communium diversa genera explicat Cic. de Or. lib. III. cap. XXVII. §. 106: „Consequentur etiam illi loci, qui, quanquam proprii causarum et inhaerentes in earum nervis esse debent, tamen quia de universa re tractari solent, communes a veteribus nominati sunt: quorum partim habent vitiorum et peccatorum acrem quandam cum amplificatione incusationem, aut querelam contra quam dici nihil solet nec potest, ut in depeculatorem, in proditorem, in parricidam; quibus uti confirmatis criminibus oportet, aliter enim ieiuni sunt atque inanes; alii autem habent deprecationem, aut miserationem: alii vero ancipites disputationes, in quibus de universo genere in utramque partem disseri copiose licet.“ — Locis communibus partim vitia et peccata notari, ita quidem, ut non de certa quadam persona, sed de vitio ipso agatur, partim aliam sententiam uni-

versalem tractari ait etiam Quintilianus loco simillimo lib. II. cap. IV. §. 22: „Communes loci — de iis loquor, quibus citra personas in ipsa vitia moris est perorare, ut *in adulterum, aleatorem, petulantem* — ex mediis sunt iudiciis, et si reum adiicias, accusationes; quanquam hic quoque ab illo generali tractatu ad quasdam deduci species solent, ut si ponatur *adulter caecus, aleator pauper, petulans senex*; habent autem nonnunquam etiam defensionem: nam et *pro luxuria* et *pro amore* dicimus, et *leno* interim *parasitus*que defenditur sic, ut non homini patrocinemur sed crimini.“ Et lib. II. cap. I. §. 11: „Non communes loci, sive qui sunt in vitia directi, quales legimus a Cicerone compositos, seu quibus quaestiones generaliter tractantur, quales sunt editi a Quinto quoque Hortensio, ut: *sitne parvis argumentis credendum*, et *pro testibus* et *in testes* — in mediis litium medullis versantur? Arma sunt haec quodammodo praeparanda semper, ut iis, cum res poscet, utare.“ — Unde apparet, locos communes tales esse, quibus argumentum aliquod universale tractetur, sive virtus quaedam laudetur, sive vitium aut vituperetur aut defendatur, ita quidem, ut non de certa quadam persona agatur, sed de ipso aut vitio aut virtute; sive sententia, quales thesibus contineri vidimus, generalis exponatur. Eius generis sunt suavitas vitae agrestis, tyrannidem non esse ferendam, mortem non esse malum. Talia si quis aut scripta aut mente parata tenebat, occasione data in causis semper illis uti poterat: nam generalibus singula continentur: erantque sane arma quibus aliquis, cum res posceret, magno cum successu pugnaret. Conf. Quint. lib. V. cap. XIII. §. 29.

Paullo copiosius atque veterum locis exscriptis hanc rem tractavimus, quia ipsis scriptorum verbis Geelii Herbstiique sententiae refellendae erant pravissimae. Quorum ille pag. 72. Protagorae rerum illustrium disputationes, communes loci, singularum rerum laudes vituperationesque, quid aliud sint interrogat nisi Coracis Tisiaeque via et ars: Herbstius vero Quintiliani locos duo oculis leviter percurrens cum legisset aliquid de multiplici diversitate qua variarentur personis, temporibus, locis, dictis, factis c a u s a e, non t h e s e s, causas,

theses, locos communes in unum confundens omnia pag. 134. hanc eorum confecit explicationem: „Die Mannigfaltigkeit der Processe machte eine allgemeine Behandlungsweise wünschenswerth, durch welche sowohl Fülle der Rede, als besonders ein jeden Augenblick auf Jegliches Vorbereitetsein erlangt würde. So erfand Protagoras die von Cicero und Quintilian häufig erwähnten loci communes, bei welchem letzteren Inst. Or. III, 5. p. 225; X, 5. p. 943, ed. Burm. die weitere Erklärung dieser Ausdrücke nachzusehen ist. Er richtete nämlich die noch von uns so benannten *θέσεις* ein, indem er sich jede Processsache nach den Personen, der Zeit, dem Ort, dem Gesagten oder Gethanen zurechtlegte; daher denn auch die Worte bei Diog. Laert. IX. 53. *Καὶ πρῶτος* et q. seqq."

Tota Protagorae disputandi ratio cum doctrina de rerum natura, quam exposuimus, artissime coniuncta est per placitum illud quo *δύο λόγοι εἰσὶ περὶ παντὸς πράγματος ἀντικείμενοι ἀλλήλοις*. Nam cum de quaque re dici possint contraria, ut quod alter affirmet, alter *λόγῳ ἀντικειμένῳ* negare queat, idque vere uterque modo ipsis ita videatur: res tota eo continebatur, ut is, cuius causa sive in iudicio vel coram concione sive colloquio privatim instituto infirma esset, *λόγῳ ἀντικειμένῳ* usus firmiorem illam dicendo efficeret. Diog. Laert. lib. IX. §. 51: *Πρῶτος ἔφη δύο λόγους εἶναι περὶ παντὸς πράγματος ἀντικειμένους ἀλλήλοις, οἷς καὶ συνηρώτα* *) *πρῶτος τοῦτο πράξας*. Seneca Ep. LXXXVIII. (vid. pag. 96.)

Artem dialecticam suam totam exposuit libro qui erat inscriptus *Τέχνη ἐριστικῶν* (vid. lib. IV. cap. III.). Eo igitur docebatur etiam *ὁ ὀρθὸς λόγος*, recta oratio, quae quidem e recta cogitatione pendet. Cuius exemplum est apud Plut. Per. cap. XXXVI. (vid. pag. 66.) Conf. Welckerus pag. 559. annot. 163.

Neque vero fieri potuit, quin qui eam artem exerceret, qua qualiscunque causa superior fieret, argumentis saepe mi-

*) Herbstius pag. 135: „Die eigentliche Vertheidigung der einzelnen Sätze aber unternahm er durch sich entgegengesetzte Fragen, wie dies Diog. Laert. IX. 52. (immo 51.) zu sagen scheint: *Πρῶτος ἔφη* et q. seqq.". Sed *οἷς καὶ συνηρώτα* est „quibus in rebus dialecticis ad argumentandum et concludendum utebatur." Conf. Hermannus Ephemer. pag. 133. commem. pag. 372.

nus firmis uteretur, quae haud raro ex nominibus verbisque magis quam e rebus sumta speciosiora essent quam veriora. Necessarium enim hoc erat, ubi causa infirmior esset mala. Diog. Laert. lib. IX. §. 52: *Καὶ σόφισμα τοῖς πραγματολογοῦσι προσήγαγε, καὶ τὴν διάνοιαν ἀφεὶς πρὸς τοὔνομα διελέχθη καὶ τὸ νῦν ἐπιπόλαιον γένος τῶν ἐριστικῶν ἐγέννησεν, ἵνα καὶ Τίμων φησὶ περὶ αὐτοῦ* (q. seqq vid. sub fin. h. pag.). Quam ob rem apud Gellium Noct. Att. lib. V. cap. 3. Protagoras insincerus dicitur philosophus. Et magnopere queritur Isocrates de eorum ratione, qui de rebus ineptis disputationes conscribere soliti sint, ex quibus nihil in vitam utilitatis redundet: vid. Hel. init.: *Εἰσί τινες, οἳ μέγα φρονοῦσιν, ἢν ὑπόθεσιν ἄτοπον καὶ παράδοξον ποιησάμενοι περὶ ταύτης ἀνεκτῶς εἰπεῖν δυνηθῶσι· καὶ καταγεγηράκασιν οἱ μὲν οὐ φάσκοντες οἷόν τ' εἶναι ψευδῆ λέγειν οὐδ' ἀντιλέγειν οὐδὲ δύο λόγω περὶ τῶν αὐτῶν πραγμάτων ἀντειπεῖν —. ἐγὼ δ', εἰ μὲν ἑώρων νεωστὶ τὴν περιεργίαν ταύτην ἐν τοῖς λόγοις γεγενημένην, καὶ τούτους ἐπὶ τῇ καινότητι τῶν εὑρημένων φιλοτιμουμένους, οὐκ ἂν ὁμοίως ἐθαύμαζον αὐτούς· νῦν δὲ τίς οὕτως ὀψιμαθής ἐστιν, ὅστις οὐκ οἶδε Πρωταγόραν καὶ τοὺς κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον γενομένους σοφιστάς, ὅτι καὶ τοιαῦτα καὶ πολὺ τούτων ἔτι πραγματωδέστερα συγγράματα κατέλιπον ἡμῖν*; et q. seqq. Quocum conf. Dion. Halic. Isocr. in. (pag. 94. ed. Sylb.): *Πεφυρμένην δὲ παραλαβὼν τὴν ἄσκησιν τῶν λόγων ὑπὸ τῶν περὶ Γοργίαν καὶ Πρωταγόραν σοφιστῶν πρῶτος ἐχώρησεν ἀπὸ τῶν ἐριστικῶν τε καὶ φυσικῶν ἐπὶ τοὺς πολιτικοὺς* et q. seqq. Atque magnam fuisse Protagorae hoc in genere sollertiam testatur Timo apud Diog. Laert. lib. IX. §. 52:

Πρωταγόρης τ' ἐπίμικτος ἐριζέμεναι εὖ εἰδώς.

et apud Sext. Emp. adv. Math. lib. IX. §. 57:

Ὡς καὶ μετέπειτα σοφιστῶν
οὔτ' ἀλιγυγλώσσῳ οὔτ' ἀσκόπῳ οὔτ' ἀκυλίστῳ,
Πρωταγόρῃ·

(q. seqq. vid. pag. 61.) Secundum Gellium l. l. acerrimus erat sophistarum.

Quare nescio cur Geelius pag. 112. minorem fuisse Protagorae subito loquendi facultatem opinetur, quam Gorgiae et

Hippiae: quo etiam factum sit, ut, cum insuper infirmiore fuerit ille valetudine, aut domi suae discipulos instituere aut scriptas recitare commentationes mallet, quam ipse se, ut ceteri sophistae, in publicum proferre. Protagorae valetudinem infirmam fuisse Geelius inde colligit, primum quod Hippocratem summo desiderio Protagoram conveniendi gestientem reprimens Socrates ut ad lucem maneat hortatur: plerumque enim Protagoram domi esse, ut certe eum deprehensuri sint; deinde, quod libellum *περὶ θεῶν* scriptum non ipse, sed discipuli cuiusdam voce usus recitasse dicatur. — Ut ab ultimo incipiam, parum de hac re inter veteres scriptores constat, quam ut inde certi quicquam effici possit: ipse Diogenes diversa affert auctorum testimonia. Sed ut fuerit verum, quis causam perspicere possit, cur non ipse recitandi partes susceperit? Nec gravius alterum est argumentum, quod e Socratis verbis Prot. pag. 311. A Geelius repetit hisce: *Μήπω, ὦ 'γαθέ, ἐκεῖσε ἴωμεν, πρῷ γάρ ἐστιν· ἀλλὰ δεῦρο ἐξαναστῶμεν εἰς τὴν αὐλὴν καὶ περιιόντες αὐτοῦ διατρίψωμεν, ἕως ἂν φῶς γένηται· εἶτα ἴωμεν· καὶ γὰρ τὰ πολλὰ Πρωταγόρας ἔνδον διατρίβει, ὥστε, θάρρει, καταληψόμεθα αὐτὸν ὡς τὸ εἰκὸς ἔνδον.* Sed nolo ego multus esse in refellendis argumentis pro tali sententia allatis, de qua auctor ipse ita iudicat: „Sed hoc non nisi coniecturae eiusque levissimae vim ac pondus habet.“ Vid. Geelius pag. 80. — Quod vero ad exiguam Protagorae subito dicendi facultatem, de qua nunc agitur, attinet, immo quam maxime ea valuisse illum Plato manifestissime indicat. Iam primo colloquii initio (pag. 316. C) Socratem novumque discipulum longa oratione excipit, qua de priorum saeculorum sophistis disputat. Deinde Socratis dubitationem de virtute motam num doceri possit, subito oratione uno tenore longe producta eaque vario modo exornata refellere conatur, modo *λόγῳ* utens, modo *μύθῳ* (pag. 320. C et q. seqq.). Qua facultate eius orationes haud meditatas fundendi quasi attonitum diu se astitisse Socrates ait pag. 328. D oculis in virum defixis aegreque mentem collegisse. Atque isti oratorum consuetudini, qua longissimas quidem orationes nectere possint, sed interrogati quod respondeant non habeant, Plato irridet Prot. pag. 328. E: *Καὶ γὰρ εἰ μέν*

τις περὶ αὐτῶν τούτων συγγένοιτο ὁτῳοῦν τῶν δημηγόρων, τάχ' ἂν καὶ τοιούτους λόγους ἀκούσειεν ἢ Περικλέους ἢ ἄλλου τινὸς τῶν ἱκανῶν εἰπεῖν· εἰ δὲ ἐπανέροιτό τινά τι, ὥσπερ βιβλία οὐδὲν ἔχουσιν οὔτε ἀποκρίνασθαι οὔτε αὐτοὶ ἐρέσθαι. ἀλλ' ἐάν τις καὶ σμικρὸν ἐπερωτήσῃ τι τῶν ῥηθέντων, ὥσπερ τὰ χαλκεῖα πληγέντα μακρὸν ἠχεῖ καὶ ἀποτείνει, ἐὰν μὴ ἐπιλάβηταί τις, καὶ οἱ ῥήτορες οὕτω σμικρὰ ἐρωτηθέντες δολιχὸν κατατείνουσι τοῦ λόγου. Πρωταγόρας δὲ ὅδε ἱκανὸς μὲν μακροὺς λόγους καὶ καλοὺς εἰπεῖν, ὡς αὐτὰ δηλοῖ, ἱκανὸς δὲ καὶ ἐρωτηθεὶς ἀποκρίνασθαι κατὰ βραχὺ καὶ ἐρόμενος περιμεῖναί τε καὶ ἀποδέξασθαι τὴν ἀπόκρισιν, ἃ ὀλίγοις ἐστὶ παρεσκευασμένα. Cui Protagorae laudationi irrisionem subesse neminem fugit. Nam qui interrogatus magnas orationes fundit, atque ut aes percussum tamdiu resonat quam nemo interpellat, sed ad certas interrogationes paucis certisque verbis respondere coactus erroribus implicatur, ipse est Protagoras, qualis a Platone quidem describitur. Conf. Philostr. pag. 495. (p. 15. Kays.): Γνοὺς δὲ τὸν Πρωταγόραν ὁ Πλάτων σεμνῶς μὲν ἑρμηνεύοντα, ἐνυπτιάζοντα δὲ τῇ σεμνότητι καί που καὶ μακρολογώτερον τοῦ συμμέτρου, τὴν ἰδέαν αὐτοῦ μύθῳ μακρῷ ἐχαρακτήρισεν. Progrediente disputatione iam Protagoram colloquii piget: Socrati quaerenti, utrum primum Protagorae sententiam an vulgi refelli malit, iam se liberatum gaudens vulgi opinionem suadet ut prius ille refellat. Quod cum Socrates sua nihil interesse diceret, modo Protagoras vulgi causam agere non aspernaretur, τὸ μὲν οὖν πρῶτον ἐκαλλωπίζετο ἡμῖν ὁ Πρωταγόρας· τὸν γὰρ λόγον ᾐτιᾶτο δυσχερῆ εἶναι· ἔπειτα μέντοι συνεχώρησεν ἀποκρίνεσθαι (pag. 333. D). Atque subito ut priorem ἀπορίαν sarciat interrogatus utrum inutile dicat quod hominibus sit inutile, an omnino inutile, et utrum idem putet bonum atque utile, hac occasione arrepta longam inserit disputationem: probe se scire, alia esse hominibus utilia, alia arboribus, alia equis, canibus, bubus; stercus utile quidem esse arborum radicibus, sed novis germinibus iniectum contrarium; oleum plantis quidem bestiarumque pilis omnium perniciosum, hominum vero crinibus valde utile; et quae sunt eius modi (vid. pag.

334. A—C): ut iterum auditorum summam excitet admirationem, praeter unum Socratem, qui longa oratione factum esse queritur, ut de quo sit sermo ipse iam nesciat. Rogat igitur Abderitam, ut nunc quidem non multiloquentia sed breviloquentia utatur. Is vero Socrati morem gerere recusat: *Πότερα οὖν, ὅσα ἐμοὶ δοκεῖ δεῖν ἀποκρίνεσθαι, τοσαῦτά σοι ἀποκρίνωμαι, ἢ ὅσα σοί;* (pag. 334. E). Socrates vero *Ἀκήκοα γοῦν*, inquit, *ὅτι σὺ οἷός τ' εἶ καὶ αὐτὸς καὶ ἄλλον διδάξαι περὶ τῶν αὐτῶν καὶ μακρὰ λέγειν ἐὰν βούλῃ, οὕτως ὥστε τὸν λόγον μηδέποτε ἐπιλιπεῖν, καὶ αὖ βραχέα οὕτως ὥστε μηδένα σου ἐν βραχυτέροις εἰπεῖν. εἰ οὖν μέλλεις ἐμοὶ διαλέξεσθαι, τῷ ἑτέρῳ χρῶ τρόπῳ πρός με, τῇ βραχυλογίᾳ.* Neque ego dubito, quin Protagoras discipulos de eodem argumento et copiosissime et paucissimis verbis exponere docuerit: vid. pag. 335. B: *Σὺ μὲν γάρ, ὡς λέγεται περὶ σοῦ, φῂς δὲ καὶ αὐτός, καὶ ἐν μακρολογίᾳ καὶ ἐν βραχυλογίᾳ οἷός τ' εἶ συνουσίας ποιεῖσθαι· σοφὸς γὰρ εἶ.* Longiloquentiae, ut hoc verbo utar, exempla sunt responsa illa Protagorae, in quibus *μῦθος* pag. 320. et q. seqq. exhibitus maxime est insignis. Ut hoc loco Protagoras longiloquentiae, sic Gorgias pag. 449. C et q. seqq. dialogi cognominis breviloquentiae exemplum prodit. A Socrate enim rogatus ut paucis verbis respondeat, multa quidem responsa multis verbis egere ait, attamen se paucis quoque eadem esse absoluturum: nam id quoque eorum quae profiteatur unum esse: a nemine idem paucioribus verbis dici posse. Tum Socrates: *Τούτου μὴν δεῖ, ὦ Γοργία, καί μοι ἐπίδειξιν αὐτοῦ τούτου ποίησαι, τῆς βραχυλογίας, μακρολογίας δὲ εἰσαῦθις.* Quod Gorgias se facturum promittit: atque re vera quam brevissime respondet, uno, si potest, verbo: *ναί, οὔ, ἀνάγκη, οὐ δῆτα, μάλιστα, πάνυ γε, φαίνεται, περὶ λόγους, ἀληθῆ λέγεις, ἔστι ταῦτα.* Minus quam Gorgias Socrati obtemperantem se praebet Protagoras: *Ὦ Σώκρατες*, inquit Prot. pag. 335. A, *ἐγὼ πολλοῖς ἤδη εἰς ἀγῶνα λόγων ἀφικόμην ἀνθρώποις, καὶ εἰ τοῦτο ἐποίουν, ὃ σὺ κελεύεις, ὡς ὁ ἀντιλέγων ἐκέλευε διαλέγεσθαι, οὕτω διελεγόμην, οὐδενὸς ἂν βελτίων ἐφαινόμην οὐδ' ἂν ἐγένετο Πρωταγόρου ὄνομα ἐν*

τοῖς Ἕλλησιν. Socrates vero abiturum se simulat: non enim tempus sibi esse ad audiendas longas orationes. Ceteri ut diutius adsit persuadent alii aliam disputandi rationem commendantes. Socrates et interrogandi et respondendi partes Protagorae proponit, quarum utras malit sibi eligat. *Καὶ ὁ Πρωταγόρας* (pag. 338. E) *πάνυ μὲν οὐκ ἤθελεν, ὅμως δὲ ἠναγκάσθη ὁμολογῆσαι ἐρωτήσειν, καὶ ἐπειδὰν ἱκανῶς ἐρωτήσῃ, πάλιν δώσειν λόγον κατὰ σμικρὸν ἀποκρινόμενος.* Simonidis carmen proponit de quo agatur, atque sua exposita interpretatione Socratem audit longam de eodem tendentem disputationem. Qua ad finem perducta Protagoras iterum, utrum resnpodere an interrogare malit, proloqui recusat; qua quidem se gerendi ratione omnibus displicet. Alcibiades poscit ut aperte dicat si iam colloquii particeps esse nolit, ut omnes sciant et alium creare possint collocutorem. *Καὶ ὁ Πρωταγόρας αἰσχυνθείς, ὥς γ' ἐμοὶ ἔδοξε, τοῦ τε Ἀλκιβιάδου ταῦτα λέγοντος καὶ τοῦ Καλλίου δεομένου καὶ τῶν ἄλλων σχεδόν τι τῶν παρόντων μόγις προὐτρέπετο εἰς τὸ διαλέγεσθαι καὶ ἐκέλευεν ἐρωτᾶν αὐτὸν ὡς ἀποκρινούμενος* (pag. 348. C). Progreditur colloquium; sub finem vero Protagoras circumventum se sentiens verbis parcere incipit: assentit — concedit — annuit — concedit — annuit iterum — paullulum tantum capite nuit — tacet. A Socrate ad respondendum excitatus *Φιλονεικεῖν μοι*, inquit pag. 360. E, *δοκεῖς, ὦ Σώκρατες, τὸ ἐμὲ εἶναι τὸν ἀποκρινόμενον· χαριοῦμαι οὖν σοι καὶ λέγω* et q. seqq. Iam Socrates ostendit quid colloquio consecuti sint; Protagoras Socratis indolem atque ingenium benigne laudat: magnopere eum sibi placere atque sine dubio multum esse profecturum. Sed disputationis filum longius extendi non vult: *Καὶ περὶ τούτων δὲ εἰσαῦθις, ὅταν βούλῃ, διέξιμεν· νῦν δὲ ὥρα ἤδη καὶ ἐπ' ἄλλο τι τρέπεσθαι* (pag. 361. E). Re vera igitur Sisyphum se praebet, qui frustra laborat (pag. 315. B).

Quo minus Platonem, quae est universa eius ratio atque ingenium, multis ex partibus sophistae virtutes detrectare voluisse quenquam fugere potest, eo audacius quae in laudem Protagorae ab illo indicantur amplecti debemus. Fuit igitur

facultate quadam insigni de quaque fere re orationem magnam fundendi, neque eam rudem, sed elegantia exornatam, qua hominum et aures occupabat omniumque animos ut alter Orpheus totos abripiebat. Pag. 315. A: *Κηλῶν τῇ φωνῇ ὥσπερ Ὀρφεύς, οἱ δὲ κατὰ τὴν φωνὴν ἕπονται κεκηλημένοι.* Quare sophista *οὐκ ἀλιγύγλωσσος* nominatur a Timone (vid. Sext. Emp. l. pag. 155. ind.). Quam orationis suavitatem eo maxime effecisse videtur, quod orationem floribus quibusdam exornare praeclare sciebat rebusque similibus ut exemplis insertis, scholasque suas mythis aliisque id genus quae ad animum detinendum facerent variabat. Huc pertinet, quod apud Platonem Prot. pag. 316. D – 317. E iam Musaeum, Orpheum, Homerum, Hesiodum, Simonidem sophistas fuisse exponit, atque illorum rationem artis exercendae cum sua comparans quid sit discriminis indicat inter utramque. Deinde ut Socratem refellens ne demonstratione exili utatur atque ieiuna, rem non vulgari oratione sed mytho planam facit pag. 320. C: *Ἀλλὰ πότερον ὑμῖν ὡς πρεσβύτερος νεωτέροις μῦθον λέγων ἐπιδείξω ἢ λόγῳ διεξελθών; πολλοὶ οὖν αὐτῷ ὑπέλαβον τῶν παρακαθημένων, ὁποτέρως βούλοιτο οὕτω διεξιέναι. Δοκεῖ τοίνυν μοι, ἔφη, χαριέστερον εἶναι μῦθον ὑμῖν λέγειν.* Quod genus docendi auditores ob res novas lepide semper insertas magnopere delectabat. Quare Himerius Orat. XXI. §. 11. discipulis hunc ipsum mythum respiciens Protagorae dicendi genus commendat: *Ἔχετε νῦν, ὦ παῖδες, καὶ τὸν Πρωταγόρου λόγον οὐχ ἧττον ἡμῶν πρὸς τὸ ποικίλλειν τοὺς λόγους διὰ τοῦ μύθου παρασκευάζοντα. μᾶλλον δέ, αὐτοὶ γὰρ φθάνετε καὶ Πρωταγόραν κἀμὲ τὴν ποικιλίαν αἱρούμενοι* et q. seqq. — Protagorae igitur oratio fluxit quasi ex fonte inexhausto: neque vero effusa tantum erat, sed eleganter structa, lepide ac facete exornata, et quod ad exteriorem dictionis habitum et ornatum pertinet, satis insignis. Conf. lib. IV. cap. III. ext.

Neque vero externis tantum ornamentis distinctam fuisse Protagorae dictionem, sed etiam rebus ipsis tractandis eum excelluisse, multis testimoniis planum fit. In quibus gravissimum fere est, quod ipse Plato per plus quadraginta annos Protagorae famam eximiam fuisse ait, neque post ipsius

mortem ulla ex parte deminutam. Cuius enim ars meris nugis, dialecticis praestigiis, inanibus sophismatis continetur, is primo quidem tempore, quo exercere illam incipit, auditores fallere potest, nec vero per quadraginta annos: nam tanto temporis spatio iam fructus artis alicuius utrum boni sint an mali apparent. Protagoras autem cum primum Athenis versaretur, brevi tempore vel apud Periclem tantum valebat, ut qui Thurinorum coloniae leges scriberet dignus haberetur. Excellens igitur viri ingenium atque rerum publicarum peritiam Pericles perspexerat, cuius artissima semper illum usum esse consuetudine ex Plut. Consol. ad Apoll. cap. XXXIII. et Per. cap. XXXVI. (vid. pag. 66. et 67.) supra demonstratum est. In Italia quoque et Sicilia eximias doctrinae laudes adeptus (Hipp. Mai. pag. 282. D: *Ἀφικόμενος δέ ποτε εἰς Σικελίαν Πρωταγόρου αὐτόθι ἐπιδημοῦντος καὶ εὐδοκιμοῦντος* et q. seqq.) Athenas repetiit magnum discipulorum numerum secum ducens, a quibus summa cumulabatur sapientiae gloria. Plat. Prot. pag. 309. D: *Σοφωτάτῳ μὲν οὖν (ἐντυχὼν πάρειμι) δήπου τῶν γε νῦν· εἴ σοι δοκεῖ σοφώτατος εἶναι Πρωταγόρας.* Pag. 310. E: *Ἀλλὰ γάρ, ὦ Σώκρατες, πάντες τὸν ἄνδρα ἐπαινοῦσι καί φασι σοφώτατον εἶναι λέγειν.* Pag. 315. A B et passim per hunc dialogum. Men. pag. 91. D: *Οἶδα γὰρ ἄνδρα ἕνα, Πρωταγόραν, πλείω χρήματα κτησάμενον ἀπὸ ταύτης τῆς σοφίας ἢ Φειδίαν τε, ὃς οὕτω περιφανῶς καλὰ ἔργα εἰργάζετο, καὶ ἄλλους δέκα τῶν ἀνδριαντοποιῶν. — οἶμαι γὰρ αὐτὸν ἀποθανεῖν ἐγγὺς καὶ ἑβδομήκοντα ἔτη γεγονότα, τετταράκοντα δὲ ἐν τῇ τέχνῃ ὄντα· καὶ ἐν ἅπαντι τῷ χρόνῳ τούτῳ ἔτι εἰς τὴν ἡμέραν ταυτηνὶ εὐδοκιμῶν οὐδὲν πέπαυται.* Quis vero eius doctrinam vanam, inanem, inutilem fuisse putet, cuius scholae per quadraginta annos ab auditoribus attentissimis et diligentissimis celebratae erant: scilicet id contingere solet iis magistris, quorum disciplinarum nullus est usus. Quis Periclem, summum harum rerum iudicem, cum homine inani fastu ac superbia efflato familiariter vixisse multumque temporis in nugis abiectissimis diiudicandis consumsisse credat, cum negotiis publicis occupatus esset gravissimis? Immo non dubitandum est, quin fuerit re vera vir *δεινὸς λέγειν*, ingenio et doctrina insignis, atque

desultoria illa levitas, qua sophistae apud Platonem cum Socrate disputantes uti solent, ad veterum sophistarum discipulos praecipue pertineat, qui a germana philosophia remoti longe ab illis distabant.

Herbstius qua via eo pervenerit, ut iudicium de Protagorae dicendi facultate ferret nostro contrarium, uno exemplo ostendere sufficiat. „Oder", inquit pag. 139, „er antwortete auch (Plat. Prot. 332. C) auf irgend eine Autorität hin (Plut. ed. Frcft. pag. 359.)." Platonis verba sive inscius sive data opera perverse interpretatus est. *Ἀρά τίς σοι*, inquit Socrates, *δοκεῖ ἀδικῶν ἄνθρωπος σωφρονεῖν, ὅτι ἀδικεῖ; Αἰσχυνοίμην ἂν ἔγωγ', ἔφη (Πρωταγόρας), ὦ Σώκρατες, τοῦτο ὁμολογεῖν, ἐπεὶ πολλοί γέ φασι τῶν ἀνθρώπων.* Quo tantum abest, ut aliorum auctoritatem amplectatur Protagoras, ut suam vulgi opinioni opponat: *ἐπεὶ* enim est *quanquam*. Plutarchi autem locus ab Herbstio fictus videtur: nam neque prioris neque alterius voluminis pag. 359. Protagorae ne verbo quidem mentio fit.

QUAESTIONUM PROTAGOREARUM

LIBER QUARTUS.

DE PROTAGORAE SCHOLIS DISCIPULIS SCRIPTIS.

CAPUT I.

Sub annum 451. Protagoram Athenis virtutis politicae magistrum se professum esse exposui pag. 65. Qua de re ipsum cum Prodico et Gorgia *καὶ ὅσοι γυμναῖς ταῖς κεφαλαῖς ἀνεκήρυττον ἑαυτοὺς ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἐπὶ τῇ σοφίᾳ* cavillatur Themistius Or. XIII. pag. 161. fin. (198. Dind.) Primus is et sophistam se ipse appellavit et pretio docuit. Plat. Prot. pag. 348. E: *Ὥστε καὶ ἄλλων ταύτην τὴν τέχνην ἀποκρυπτομένων σύ γ' ἀναφανδὸν σεαυτὸν ὑποκηρυξάμενος εἰς πάντας τοὺς Ἕλληνας σοφιστὴν ἐπονομάσας σεαυτὸν ἀπέφηνας παιδεύσεως καὶ ἀρετῆς διδάσκαλον πρῶτος τούτου μισθὸν ἀξιώσας ἄρνυσθαι.* Qua in re Plato inter sese vehementer repugnantia tradere videtur Wendtio ad Tennemanni Hist. philos. tom. I. pag. 495. annot. **): „Nach Platos Protagoras (pag. 349. A) liess er sich zuerst für seinen Unterricht in der Tugend und Vollkommenheit bezalen; dem widerstreitet aber, was Sokrates im Alcibiades II. (immo I.) pag. 119. A vom Zeno anführt.“ Quam dubitationem nullo iure movisse videtur. Nam quominus Zenonem a Callia et Pythodoro auditoribus ad Pro-

tagorae exemplum mercedem exegisse statuamus, nihil est quo impediamur. Alcibiadis enim loco indicato nonnisi hoc legitur: *Ὥσπερ ἐγὼ ἔχω σοι εἰπεῖν διὰ τὴν Ζήνωνος (συνουσίαν) Πυθόδωρον τὸν Ἰσολόχου καὶ Καλλίαν τὸν Καλλιάδου, ὧν ἑκάτερος Ζήνωνι ἑκατὸν μνᾶς τελέσας σοφός τε καὶ ἐλλόγιμος γέγονεν.* Circa olympiadem octogesimam vel octogesimam primam demum cum Parmenide anno aetatis quadragesimo Zeno Athenas venit (Brandis. Histor. philos. tom. I. pag. 375.): Protagoras vero circa olympiadis octogesimae secundae initium, postquam sine dubio iam in aliis Graecorum urbibus docuit, Athenis artem suam exercere incepit. Neque repugnat Men. pag. 91. E, ubi *Καὶ οὐ μόνον Πρωταγόρας, ἀλλὰ καὶ ἄλλοι πάμπολλοι, οἱ μὲν πρότερον γεγονότες ἐκείνου, οἱ δὲ καὶ νῦν ἔτι ὄντες* ad eam tantum sententiam quae proxime praecedit pertinere videtur: omnes istos perdidisse potius quam erudivisse et meliores fecisse iuvenes sibi traditos. Non ea certe est huius loci conditio, ut eiusdem Platonis testimoniis multo firmioribus opponi queat. Confer etiam Hipp. mai. pag. 282. C: *Τῶν δὲ παλαιῶν ἐκείνων οὐδεὶς πώποτε ἠξίωσεν ἀργύριον μισθὸν πράξασθαι οὐδ' ἐπιδείξεις ποιήσασθαι ἐν παντοδαποῖς ἀνθρώποις τῆς ἑαυτοῦ σοφίας· οὕτως ἦσαν εὐήθεις καὶ ἐλελήθει αὐτοὺς ἀργύριον ὡς πολλοῦ ἄξιον εἴη. τούτων δ' ἑκάτερος (Γοργίας καὶ Πρόδικος) πλέον ἀργύριον ἀπὸ σοφίας εἴργασται ἢ ἄλλος δημιουργὸς ἀφ' ἧς τινὸς τέχνης· καὶ ἔτι πρότερος τούτων Πρωταγόρας.* Philostr. ed. Kayser. pag. 15: *Τὸ δὲ μισθοῦ διαλέγεσθαι πρῶτος εὗρεν.* Inepta autem omnique ex parte perversa sunt, quae Platonicorum aliquis recentiorum profert in Platonis vita ab Heerenio edita (Bibliothek der alten Litt. und Kunst, V. pag. 16.): *Εὗρε δὲ (Πλάτων) καὶ ἠθικά. τὸ γὰρ μὴ ἐπὶ μισθῷ διδάσκειν, ἠθικὸν ὄν, πρῶτος εὗρεν. ἀμέλει Πυθαγόρας καὶ οἱ πρὸ αὐτοῦ πάντες ἑκατὸν δραχμὰς χρυσίου λαμβάνων τὴν οἰκείαν μετεδίδου κάπηλος μᾶλλον λόγων τυγχάνων ἢ φιλόσοφος*, ubi *Πυθαγόρας*, ut compluries, non librariis, sed scriptori ipsi imputandum est. — Primus igitur Protagoras pretio docuit; quod vero Suidas v. *Πρωταγόρας* ait: *Καὶ ἐπεκλήθη πρῶτος οὗτος σοφιστής*, minus ac-

curate dictum est. Nam primus quidem ipse se appellavit sophistam nova vocis significatione: sed sophistae iam pridem nominabantur qui artis alicuius periti vel ingenio erant excellentes: vid. pag. 117.

Haud parvi artem suam vendidisse sophistam ex Diogenis verbis fortasse apparere videatur lib. IX. §. 52: *Οὗτος πρῶτος μισθὸν εἰσεπράξατο μνᾶς ἑκατόν.* Quod repetierunt Suidas s. v. *Πρωταγόρας* et schol. Plat. pag. 150. ind.: *Καὶ μισθὸν ἔπραξε τοὺς μαθητὰς μνᾶς ἑκατόν.* Conf. Quintil. lib. III. cap. I. §. 10: „Abderites Protagoras, a quo decem millibus denariorum didicisse artem quam edidit Euathlus dicitur.“ De suo rem inepte exornat Gellius lib. V. cap. 3: „Pecuniam quippe ingentem cum a discipulis acciperet annuam“ et q. seqq. — Atque hoc fuit, cur Protagorae nimiam vulgo exprobrarent avaritiam. Sed et Plato et Aristoteles sophistam mercedem ita exegisse dicunt, ut peracto discendi cursu qui scholis ac disputationibus suis interfuissent ipsos aestimare iuberet pretium eorum quae profecissent. Prot. pag. 328. B: *Ἐπειδὰν γάρ τις παρ' ἐμοῦ μάθῃ, ἐὰν μὲν βούληται, ἀποδέδωκεν ὃ ἐγὼ πράττομαι ἀργύριον· ἐὰν δὲ μή, ἐλθὼν εἰς ἱερὸν ὀμόσας ὅσον ἂν φῇ ἄξια εἶναι τὰ μαθήματα, τοσοῦτον κατέθηκε.* Quod non sine laudatione memoratur Aristot. Eth. Nicom. lib. IX. cap. 1. tom. II. pag. 1164. Bekk.: *Τὴν ἀξίαν δὲ ποτέρου τάξαι ἐστίν; τοῦ προϊεμένου ἢ τοῦ προλαβόντος; ὁ γὰρ προϊέμενος ἔοικ' ἐπιτρέπειν ἐκείνῳ. ὅπερ φασὶ καὶ Πρωταγόραν ποιεῖν. ὅτε γὰρ διδάξειεν ἀδήποτε, τιμῆσαι τὸν μαθόντα ἐκέλευεν, ὅσον δοκεῖ ἄξια ἐπίστασθαι, καὶ ἐλάμβανε τοσοῦτον. ἐν τοῖς τοιούτοις δ' ἐνίοις ἀρέσκει τὸ „μισθὸς δ' ἀνδρί.“ οἱ δὲ προλαβόντες τὸ ἀργύριον, εἶτα μηθὲν ποιοῦντες ὧν ἔφασαν διὰ τὰς ὑπερβολὰς τῶν ἐπαγγελιῶν, εἰκότως ἐν ἐγκλήματι γίνονται· οὐ γὰρ ἐπιτελοῦσιν ὃ ὡμολόγησαν.* Unde rem ita se habuisse apparet: Discipulos quanti quae didicissent aestimarent ipsi, tantum solvere iubebat: quo factum esse videtur ut a singulis nonnullis, qui permagni facientes Protagorae doctrinam *ἐπιθαυμάζειν τι τὸν διδάσκαλον* volebant (Aristoph. Nub. v. 1150.), centum minas acciperet. Conf. Welckerus pag. 27. et 39. Ius iurandum illud Aristoteles

ignorare videtur. Conf. Cramer. Anecd. Paris. vol. I. pag. 172.*) Attamen ingentes Protagorae divitiae, quas sibi docendo parasset, in proverbium paene cesserunt: vid. Plat. Men. pag. 91. D, Theaet. pag. 161. D et 179. A, Athen. lib. III. pag. 113. E. Atque insuper primus is philosophorum mercedem exigebat a discipulis: ergo sordidae erat avaritiae homo. Ita aiunt plerique. Nam Geelium quanquam Aristotelis auctoritas permovit, ut Protagoram non tam putaret argenti cupidum quam ceteros sophistas, tamen mercatoria potius et cauponaria ei videtur illius liberalitas, quam vere ingenua (pag. 117.). Herbstius autem pag. 140. disciplinae Protagoreae finem ultimum dicit pecuniam, linguamque, qua divitiae pararentur, sophistae Deum. Quibuscum consentiunt fere Gerlachius Stud. histor. pag. 95. et q. sqq.**) et Baumhauerus lib. pag. 114. ind. pag. 31. et q. sqq. Ad quod ut post Welckerum (libr. laud. pag. 28. et q. seqq.) nos respondeamus vix opus videtur. Iam ante Protagoram artes liberales pretio tradiderunt musici, pictores, rhetores, ludi palaestraeque magistri: quidni ei quoque vitae consulendum fuerit, qui artem doceret politicam? Ipsius Socratis discipulorum nonnulli Protagorae exemplum paullo post secuti sunt: non omnes enim erant Aristonis filii regia ex gente oriundi. Quid? poetis quod divinam venderent Camenam nemo crimini vertebat: Abderita, qui artem sophisticam a se conditam ita cum Atheniensibus communicaret, ut certum pretium constitueret nullum, sed pro sua quemque voluntate pendere iuberet, sor-

*) Locus misère lacer esse videtur. Verba *διὰ τῆς μουσικῆς* ab iis quae sequuntur sunt secernenda: illa enim ad Pythagoreos, haec ad Protagoram pertinent atque e singulis annotationibus conflata esse videntur, quas in margine libri sui ascripserit aliquis ad locum qui de Protagora proxime praecedit (vid. pag. 35.). *τὸν χαριέστατον τρόπον τῆς ἀπαιτήσεως τοῦ μισθοῦ ἔταξε* ad Protagoram sunt referenda. *Πλάτων* vix alia ratione positum erat, quam ut Plato auctor indicaretur, ex quo quod de Protagorae mercede narraret scriptor repetitum esset. Quod si ita est, *ἂν μὲν βούληται* reliquiae sunt Platonis verborum ex loco quem supra exhibuimus exscriptorum. *ἀθλητῶν* emendatum est pag. 76. De integra ipsorum verborum restitutione ego despero.

**) Quod is pag. 97. profert: „Wie denn namentlich von Protagoras erwähnt wird, dass er beständig den Vers des Epicharmos im Munde führte:

Ἁ δὲ χεὶρ τὰν χεῖρα νίζει· δός τι κἄν τι λαμβάνοις.

„Eine Hand ja wäscht die andre: gieb mir was, so hast du was.“ mera id Gerlachii nititur negligentia, qua Protagorae ille imputat quod de Prodico dicitur Axioch. pag. 366. C.

didae avaritiae homo appellandus est? Quod vero multum accepit mercedis, eo magistrum eum fuisse apparet eximium: nam tantum quisque pendebat, quantum profecisse videretur. Ut in posteriores sophistas cadat talis criminatio: omnium minime cadit in Protagoram *).

Praeter vulgarem scholarum cursum, quibus cum discipulis separatim disputabat (*συνεῖναι*, *διαλέγεσθαι*, quae hoc sensu a Platone tam de magistro quam de auditoribus dicuntur), Protagorae, ut Gorgiae, Prodici aliorumque sophistarum, etiam alterum erat docendi genus ab illo prorsus diversum. Id in disputationibus recitandis versabatur, quas audituris certum quoddam pretium magister constituebat. Qua occasione cum multi sophistarum uti solerent ad dicendi facultatem ingeniique acumen ostentandum, eius modi recitationes *ἐπιδείξεις* vulgo dicebantur: conf. *ἐπίδειξιν ποιεῖσθαι* Plat. Hipp. mai. pag. 282. B C, Suid. v. *Πρόδικος*, Philostr. pag. 482. (Kays. p. 6.); *ἐπιδεικνύναι* Plat. Hipp. mai. pag. 286. B, 287. B; *ἐπιδείκνυσθαι* Plat. Hipp. mai. 285. C, Xenoph. Mem. lib. II. cap. I. §. 21. A mercede intraturis pendenda Diogenes lib. II. §. 62. *ἐμμίσθους ἀκροάσεις* nominat, Athen. lib. V. pag. 212. C *ἐρανικὰς ἀκροάσεις*. Diog. Laert. lib. IX. §. 50: *Οὗτος (Πρωταγόρας) καὶ Πρόδικος ὁ Κεῖος λόγους ἀναγινώσκοντες ἠρανίζοντο.* Protagoras quantum pro recitationibus suis exegerit, nusquam indicatum est. Sed cum a Socrate, qui Prodici *ἐπιδείξεων* pretia saepius cavillatur (*ἐπίδειξις πεντηκοντάδραχμος* Crat. pag. 384. B, *δραχμιαία* ibidem; conf. Axioch. pag. 366. B: *Προδίκου ἐστὶ τοῦ σοφοῦ ἀπηχήματα, τὰ μὲν διμοίρου ἐωνημένα, τὰ δὲ δυοῖν δραχμαῖν, τὰ δὲ τετραδράχμου*), de Protagora eius modi nihil ne verbo quidem indicetur, haud inepte conii-

*) Nolim ego cum Welckero pag. 28. ad Protagoram defendendum adhibere Dionem Chrysostomum, qui Or. LIV, postquam Hippiam, Gorgiam, Polum, Thrasymachum sophistas pro magno pretio vanas docuisse orationes memoravit, *Ἄλλος δέ τις*, inquit, *ἀνὴρ Ἀβδηρίτης, οὐχ' ὅπως ἀργύριον παρ' ἑτέρων ἐλάμβανεν, ἀλλὰ καὶ διέφθειρε τὴν οὐσίαν τὴν αὑτοῦ συχνὴν οὖσαν καὶ ἀπώλεσε φιλοσοφῶν. ἀναισθήτως δηλονότι καὶ ζητῶν ὧν οὐδὲν ὄφελος αὐτῷ. ἦν δὲ καὶ Σωκράτης Ἀθήνησι πένης ἀνὴρ καὶ δημοτικός, οὐδὲ οὗτος ὑπὸ τῆς πενίας ἀναγκαζόμενος οὐθὲν λαμβάνειν·* et q. seqq. Quem locum ita explicat Welckerus: „Dio (or. 54.) sagt von ihm (Protagoras), dass er, obgleich Bezahlung nehmend, doch sein nicht geringes Vermögen zusetzte", quam interpretationem amplexus esse videtur Zellerus Hist. Phil. Gr. tom. I.

cias, pro his quoque scholis nullam illum constituisse mercedem: ut Aristoteles ait loco modo exhibito: *ὅτε γὰρ διδάξειεν ἅ δή ποτε*. Atque omnino una dumtaxat Protagorae diserte nominatur recitatio, quam de deis primum in amici cuiusdam domo atque iterum in Lyceo habuit: vid. pag. 75. Hac docendi ratione tunc maxime sophistae usi esse videntur, si quid non solum coram iustis discipulis tractare volebant, sed cum iis quoque communicare, qui non ut discipulorum numero ascriberentur nomina dederant. Eas quidem *ἐπιδείξεις*, quas coram iustis discipulis instituebant, aeque ac scholas ordinarias in privati hominis domicilio sive suo sive, cum sophistae fere peregrini essent, amici alicuius habebant. Ita Protagoras in Euripidis aut, ut alii dixerunt, in Megaclidis domo privatim de deis recitavit: stabiles autem sedes in Calliae aedibus collocarat, ubi et cum aliis, quicunque eum conveniebant, colloqui et discipulos instituere solebat. Protagorae privatim docendi rationem, qua qui non erant discipuli a scholis arcebantur, Socraticae opponens saepius Plato cavillatur: ut Theaet. pag. 152. C, 162. A. Coram maiore vero auditorum numero disputaturi amplius sumebant auditorium, gymnasium aliquod vel theatrum vel alium locum publicum. Lyceo imprimis utebantur: ut sophistae illi, qui Hesiodi Homerique carmina interpretantes Isocratem calumniis affecerunt (Isocr. Panath. pag. 436. et 446. ed. Auger. tom. II.); Prodicus a gymnasiarcho ex Lyceo exire iussus est (Eryx. pag. 397. C, 399. A); Euthydemus cum

pag. 252. Sed nescio ego an haec verba de Democrito potius quam de Protagora intelligenda sint. Explicationis quasi cardo nititur in locutionis *οὐχ ὅπως* significatione, quam prout aut „non solum“ aut „non solum non“ interpretaris (vid. Hermannus ad Viger. pag. 432.), sententia evadit contraria. Atque mihi quidem interpretandum videtur: „Alius vero vir quidam Abderita *non solum nullam* exegit a discipulis mercedem, *sed etiam*“ et q. s., ut sophistis habendi cupidis opponantur Democritus et Socrates: quae sententia in huius loci conditionem aptissime quadrat. Sed accedit, quod, cum Protagoram divitias suas in studiis philosophis consumpsisse nemo unquam memorarit, hoc ipsum veteres scriptores de Democrito testantur. Conf. praeter ceteros locos a Mullachio pag. 36. et q. seqq. allatos quod de Democrito narrat Antisthenes Rhodius apud Diog. Laert. lib. IX. §. 39: *Ἐλθόντα δέ φησιν αὐτὸν ἐκ τῆς ἀποδημίας ταπεινότατα διάγειν ἅτε πᾶσαν τὴν οὐσίαν καταναλωκότα, τρέφεσθαί τε διὰ τὴν ἀπορίαν ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ Δαμάσου.* Et §. 36: *Ὁ δὲ Δημήτριος ὑπὲρ ἑκατὸν τάλαντά φησιν εἶναι αὐτῷ τὸ μέρος, ἅπαντα δὲ ἀναλῶσαι.*

Socrate in Lyceo colloquebatur (Plat. Euthyd. pag. 271. A) tanto auditorum applausu, ut paene etiam Lycei columnae acclamare viderentur (pag. 303. B). Atque ita Protagoras quoque librum *περὶ θεῶν* in Lyceo recitavit: quanquam parum hoc veri simile videtur Welckero pag. 640. annot. 325. Gorgiam in theatro prodiisse narrat Philostr. pag. 482.

Protagorae docendi ratio, quae et a Quintiliano (lib. X. cap. V. §. 10.) et a Cicerone (Epist. ad Att. lib. IX. 4.) magnopere laudatur, quamvis non ad leges tam certas conformata fuerit quam Coracis Tisiaeque rhetorica, tamen iusta arte non erat destituta: ipse enim dicere solebat, nihil esse neque artem sine exercitatione neque exercitationem sine arte: vid. Stob. de Assidu. Serm. XXIX. pag. 206. ed. Aurel. Allobrog. 1609: *Πρωταγόρας ἔλεγε, μηδὲν εἶναι μήτε τέχνην ἄνευ μελέτης μήτε μελέτην ἄνευ τέχνης*, quam sententiam eisdem verbis Protagorae tribuit S. Maximus ed. Combefis. tom. II. pag. 587. Atque quid verius hocce: *Φύσεως καὶ ἀσκήσεως διδασκαλία δεῖται· καὶ ἀπὸ νεότητος δὲ ἀρξαμένους δεῖν μανθάνειν* —? quod *ἐν τῷ μεγάλῳ λόγῳ* Protagoram scripsisse est in Cramer. Anecdot. Paris. tom. I. pag. 171. Nitebatur eius disciplina et ingenio et moribus eximiis: nam sordidae avaritiae, inanis fastus et superbiae nullum certum apparet vestigium. Ut fortasse interdum aliquem sui amorem manifestaverit: nemo id magistro tantis laudibus cumulato, ab auditorum ingenti multitudine pie culto crimini vertat: quotus enim quisque talium virorum hoc vitio vacat? Quod vero ab Eupolide in *Κολάκων* choro in scenam inductus est, id quidem nihil ego moror. Nam quod Meinekius Fragm. com. Graec. vol. I. pag. 136. praeter Calliam, quantum e reliquiis fabulae intelligatur, omnium maxime Protagoram esse ab Eupolide perstrictum, id ne verum quidem est. Plutarch. Sympos. lib. VII. tom. II. pag. 699. A et Athen. lib. I. pag. 22. F hac in fabula Protagoras Calliam ad bibendum incitans memoratur, *ἵνα πρὸ τοῦ κυνὸς τὸν πνεύμον' ἔκλυτον φορῇ*. Diogenes lib. IX. §. 50. Eupolidis versu *Ἔνδοθι μέν ἐστι Πρωταγόρας ὁ Τήϊος* Protagoram fuisse qui Teium dicerent demonstrat. Athen. lib. V. pag. 218. C denique nonnisi *τὸν Πρωταγόραν*

ὡς ἐπιδημοῦντα induxisse Eupolis dicitur. His igitur fragmentis — nam aliis ne Meinekius quidem ad hoc probandum utitur — Protagoram acerrime exagitatum esse quis dixerit? Quod etiamsi fecisset Eupolis, parasitum eum re vera fuisse *κοιλιοδαίμονα καὶ ταγηνοκνισοθήραν*, qui nec ferro nec igni ab epulis removeri posset, vix inde colligeret, qui et comicorum omnino rationem et Eupolidis consilium Calliae fabula irridendi compertum haberet.

Plurimi aestimatam fuisse Protagorae institutionem magnaque semper discipulorum multitudine scholas eius frequentatas ex multis scriptorum locis planissime apparet. Vid. pag. 161. Atque tanta ille pietate colebatur, ut Plat. Reip. lib. X. pag. 600. C, D in eis memoretur, quos auditores tantum non capitibus portarint. Id quod lepide describit Plato Prot. pag. 315. A, ubi, postquam auditores cum Protagora in Calliae porticu deambulantes recensuit, *Τούτων δέ*, inquit, *οἳ ὄπισθεν ἠκολούθουν ἐπακούοντες τῶν λεγομένων, τὸ μὲν πολὺ ξένοι ἐφαίνοντο, οὓς ἄγει ἐξ ἑκάστων τῶν πόλεων ὁ Πρωταγόρας δι' ὧν διεξέρχεται κηλῶν τῇ φωνῇ ὥσπερ Ὀρφεύς, οἱ δὲ κατὰ τὴν φωνὴν ἕπονται κεκηλημένοι· ἦσαν δέ τινες καὶ τῶν ἐπιχωρίων ἐν τῷ χορῷ. τοῦτον τὸν χορὸν μάλιστα ἔγωγε ἰδὼν ἥσθην, ὡς καλῶς εὐλαβοῦντο μηδέποτε ἐμποδὼν ἐν τῷ ἔμπροσθεν εἶναι Πρωταγόρου, ἀλλ' ἐπειδὴ αὐτὸς ἀναστρέφοι καὶ οἱ μετ' ἐκείνου, εὖ πως καὶ ἐν κόσμῳ περιεσχίζοντο οὗτοι οἱ ἐπήκοοι ἔνθεν καὶ ἔνθεν, καὶ ἐν κύκλῳ περιιόντες ἀεὶ εἰς τὸ ὄπισθεν καθίσταντο κάλλιστα.* Nequaquam igitur Protagorae talibus opus erat illecebris, quibus Herbstius pag. 133. eum usum esse calumniatur ad parentes ut filios sibi traderent permovendos: „Weil aber solche Jünglinge meistentheils noch nicht unabhängig waren, so gab er in dem Programm seines Unterrichts, um sich den Aeltern angenehm zu machen, als besondere Lehre auch die an, dass er den Kindern Ehrfurcht und Liebe gegen die Aeltern beibrächte. Diese beiden Hauptlehren, des Entgegensprechens und Processirens und die der Aelternliebe, von denen die erstern durch alles später Anzuführende und diese durch eine genaue Mittheilung des Plato (Men. pag. 91.) erwiesen sind, geben zugleich, so zu sagen,

die letzte Erklärung zu des Aristophanes Wolken“ et q. seqq. Platonis enim loco Socrates Menonem cupere ait eius virtutis et sapientiae participem fieri, ᾗ ἄνθρωποι τάς τε οἰκίας καὶ τὰς πόλεις καλῶς διοικοῦσι καὶ τοὺς γονέας τοὺς αὐτῶν θεραπεύουσι, καὶ πολίτας καὶ ξένους ὑποδέξασθαι καὶ ἀποπέμψαι ἐπίστανται ἀξίως ἀνδρὸς ἀγαθοῦ: et Anyto qui sint qui talia docere profiteantur quaerenti respondet: Οἶσθα δή που καὶ σύ, ὅτι οὗτοί εἰσιν οἵους οἱ ἄνθρωποι καλοῦσι σοφιστάς: nusquam vero Protagoras se filios pietate erga parentes instruere professus dicitur. Sed luculenter hic locus confert ad illustrandam Herbstii rationem, qui quibus uti posset ad Protagoram conviciis cumulandum omnia undique corrasit. Quanquam enim certum Protagorae indicium in Platonis verbis inest nullum, Herbstius non modo liberos pietate exornandi in primariis memorat illius professionibus, sed etiam πολίτας καὶ ξένους ὑποδέξασθαι καὶ ἀποπέμψαι ἀξίως ἀνδρὸς ἀγαθοῦ ad Protagoram refert pag. 132: „Zugleich wollte er sie in dem freien Betragen gegen Bürger sowohl wie gegen Fremde, für die er natürlich, selbst ein Fremder, sorgen musste, unterrichten, sie mit Ehren zu empfangen und zu geleiten.“ Plato inter sophistarum artes recensere potuit quodcunque unus eorum sive priorum sive posteriorum discipulis tradiderat. Si quis vero quaecunque de sophistis narrantur in Protagoram conferre velit, mirum quantas is turbationes confusionesque moveat. Quod vero Herbstius ex his Platonis verbis summam Nubium Aristophaneae explicationem repetiit, id ab Hermanno explosum est pag. 374. et 375. Gerlachius denique quae profert pag. 94. annot. 1: „Suidas s. v. Protagoras behauptet, derselbe habe durch die niedrigsten Mittel die Zahl seiner Schüler zu vermehren gesucht“, quibus nitantur Suidae verbis vix quisquam perspiciat.

CAPUT II.

Ex iis qui Protagoreae disciplinae participes facti sunt, a veteribus memorantur hice:

A n t i m o e r u s Mendaeus, omnium Protagorae sectatorum clarissimus, qui ἐπὶ τέχνῃ didicit ipse sophista futurus: Plat.

Prot. pag. 315. A. Conf. Themist. Orat. XXIX. pag. 347. (p. 419. Dind.).

Archagoras Theodoti filius, qui Protagorae de deis librum in Lyceo recitasse a nonnullis dicitur: vid. Diog. Laert. lib. IX. §. 54. (pag. 75.)

Callias Hipponici filius, quem in excipiendis colendisque sophistis immensas consumsisse divitias constat: vid. Plat. Prot. pag. 314. D, 315. D, Apol. Socr. pag. 20. A, Cratyl. pag. 391. C; Lysias de bon. Aristoph. pag. 649, Themist. Orat. XXIII. pag. 294. (355. Dind.) et Or. XXIX. pag. 347. (419. D.), Athen. lib. XII. pag. 537. B C, Boeckhii Staatshaush. der Ath. tom. II. pag. 15. Copiosiore de Callia expositione ut supersedere possim effecit Meinekius Fragm. Com. Graec. vol. I. pag. 131. et q. seqq. Eupolidis Assentatorum fragmentis, qua Calliae cum sophistis vivendi ratio ridebatur, Protagoras memoratur compluries: vid. pag. 169. In primis Protagorae auditoribus recensetur Plat. Prot. pag. 314. E; conf. Crat. pag. 391. B, Xenoph. Symp. cap. I. §. 5. Theodorus Theaet. pag. 164. E ut non ipse constituatur Protagorei placiti propugnator suadet, sed Callias, qui sit *τῶν ἐκείνου ἐπίτροπος*. — Mendaeum appellat Herbstius pag. 157. Antimoeri patriam Atheniensi Melitensium pago ascripto tribuens.

Charmides Glauconis filius: Prot. pag. 315. A. Adolescens erat omni ex parte eximius: vid. Groen. v. Prinstereri Prosopograph. Platon. pag. 213. et q. seq.

Euathlum Protagorae artem decem millibus denariorum sibi paratam edidisse narrat Quintil. lib. III. cap. I. §. 10. Cum Protagora de scholarum mercede litigasse dicitur a Gellio Noct. Att. lib. V. cap. 10, Apuleio Flor. lib. IV. num. 18, Diogene lib. IX. §. 56, Ioanne Sarisber. Policr. lib. V. cap. 12. Qua de causa utut statuendum est (vide pag. 145. et q. seqq.), aliquid certe simultatis ei cum magistro ortum videtur: nam Laertio auctore lib. IX. §. 54. (vid. pag. 75.) ab Aristotele Euathlus Protagoram impietatis accusasse perhibetur: conf. Cramer. Anecd. Paris. vol. I. pag. 172. (vid. pag. 76.)

Hippocratem Apollodori filium Atheniensem amplo atque nobili genere natum (Plat. Prot. pag. 316 B.) re vera

Protagorae institutione usum esse ex tota eius natura atque indole, qualem ex hoc dialogo cognovimus, haud male fortasse coniicias. Quanquam Epicteti verbis Diss. lib. III. cap. 5: *Ταῦτα ἦν ἃ ᾔδει Σωκράτης· καὶ ὅμως οὐδέποτ' εἶπεν ὅτι οἶδέ τι ἢ διδάσκει. εἰ δέ τις λεξείδια ᾔτει ἢ θεωρήματα, ἀπῆγε πρὸς Πρωταγόραν, πρὸς Ἱππίαν*, quibus ad Platonis Prot. l. l., ubi Hippocrates a Socrate Protagorae in disciplinam traditur, respici illum apparet, ob id ipsum nihil probatur.

Paralum atque Xanthippum filios a Pericle sophistae maximi aestimato erudiendos fuisse traditos consentaneum est. Atque profecto apud Platonem (Protag. pag. 314. E et 315. A) in proximis Protagorae auditoribus memorantur. Patrem nulla ex parte aequasse videntur: conf. pag. 319. E, Alcib. I. pag. 118. D, Men. pag. 94. B. Utrumque intra octo anni 429. dierum spatium paullo ante patrem pestilentia abreptum esse auctor est Protagoras ipse apud Plutarchum Consol. ad Apoll. cap. XXXIII. (vid. pag. 67.)

Periclem usque ad mortem suam cum Protagora semper coniunctissime vixisse lib. I. cap. V. exposuimus; vide in primis Plut. Pericl. cap. XXXVI. (pag. 66.), ubi per totum diem cum Protagora de una re disputasse dicitur.

Philippides Philomeli filius: Plat. Prot. pag. 315. A.

Theodorus Cyrenaicus Protagorae dicitur *ἑταῖρος* Plat. Theaet. pag. 161. B, 168. E, *φίλος* pag. 162. A, placitorumque eius *ἐπίτροπος* pag. 164. E. Conf. pag. 179. A. Sed relictis postea Protagorae scholis mathematicis studiis se dederat: pag. 165. A; conf. pag. 143. B; C, 145. A; Xenoph. Mem. lib. I. cap. II. §. 10. Apud Apul. Dogm. Plat. lib. I. cap. 3. et Diog. Laert. lib. III. §. 6. Plato auditor eius fuisse dicitur.

Xanthippum, Periclis filiorum natu maiorem cum Paralo fratre Protagorae scholis interfuisse sub Parali nomine demonstratum est. Is cum muliere rem habens nimis sumtuosa patris frugalitatem aegre tulit et Periclis verbis ab amicorum eius uno pecuniam sumsit mutuam: quam ob rem filius a patre in iudicium vocatus illius cum Protagora consuetudini irrisit. Vid. Plut. Per. cap. XXXVI.

Alcibiadem et Critiam nolim ego ob Plat. Prot.

pag. 316. A, 320. A, 336. B D, 347. B, 348. B in Protagorae discipulorum numero memorare. Item Hecataeum Milesium, rerum scriptorem (de quo conf. Vossii de Histor. Graec. lib. I. cap. I, Creuzer. Histor. Graec. fragm. pag. 1. et q. seqq.) a Suida s. v. Ἑκαταῖος propter temporum rationes falso Protagorae discipulum dici recte coniecit iam Salmasius Plin. Exercit. in C. I. Solini Polyhistora pag. 594. C. Fortasse alter ille Hecataeus, grammaticus Abderita, in Protagorae discipulis memorabatur, cuius erroris ansam praebuit et patriae et disciplinae communio. Errorem dico: nam eum quidem Hecataeum quarto demum ante Christum saeculo vixisse constat: conf. Vossius lib. ei. cap. X. Attamen Herbstius pag. 157. errori illi patrocinatur. Isocratem Protagorae auditorem fuisse ex Dionysii Halicarnassensis verbis, quae pag. 155. exhibita videas, falso collegisse videtur Suidas s. v. Πρωταγόρας: neque ab ullo qui de Protagora disseruit scriptore (conf. Welckerus pag. 572. et q. seqq.) Protagoras in illius magistris memoratur. E Suida, ut omnia fere quae ad Protagoram pertinent, hoc quoque descripsit scholiasta ad Platonis Reip. pag. 600. C. Prodicum in Protagorae discipulis fuisse Geelio (pag. 122.) persuasit Suidas s. v. Πρόδικος et s. v. Πρωταγόρας. Qui cum vix aliam secutus sit auctoritatem, nisi quod in Platonis dialogo Protagorae nomine inscripto colloquii Prodicus particeps inducitur, assentior Welckero pag. 637. ita iudicanti: „Die Anmerkung eines Grammatikers, Prodikus sei — des Gorgias und Protagoras Schüler, — ist zu dem Schutte zu verweisen, der sich um die alte Litteraturgeschichte gehäuft hat.“ Suidae scrinium expilaverunt Eudocia Violar. pag. 356. in Anecd. Graec. ed. Villois. tom. I, et scholiasta quem modo diximus.

Aliorum nomina non traduntur. *Οἱ ἐπίτροποι οὓς Πρωταγόρας κατέλιπε* memorantur Plat. Theaet. pag. 164. E. Protagorae placita magnum excitaverunt certamen; atque, id quod facile intelligitur, ex iis potissimum defensores nanciscebantur, qui Heracliti disciplinae dediti erant. Theaet. pag. 179. D: *Μάχη δ' οὖν περὶ αὐτῆς οὐ φαύλη οὐδ' ὀλίγοις γέγονεν. ΘΕΟ. Πολλοῦ καὶ δεῖ φαύλη εἶναι, ἀλλὰ περὶ μὲν τὴν Ἰωνίαν καὶ ἐπιδίδωσι πάμπολυ. οἱ γὰρ τοῦ Ἡρακλείτου ἑταῖροι χορηγοῦσι*

τούτου τοῦ λόγου μάλα ἐῤῥωμένως. Quae Herbstius pag. 129. de Protagora sectae perniciosissimae conditore nugatur, Galeni verbis non intellectis nituntur: „Und ward so der Stifter einer Sekte (Galen. περὶ φιλοσόφου ἱστορίας c. 2: Πρωταγόρας συστάτης τῆς κατὰ φιλοσοφίαν τέχνης) deren für Leben und Staat unheilbringendes Wirken" et q. seqq. Galeni sententia est: „Protagoras conditor artis philosophia nixae." — Ceterum facile credo, plurimos Protagoreos nihil protulisse nisi λεξείδια ac θεωρήματα, quae Epictetus dicit pag. 172. l. l. Conf. Theaet. 179. E, 180. A, B.

Iam vero, ut hoc loco quid de Protagora statuendum videatur paucis comprehendam, qui ex Platonis dialogo eum aestimare voluerint non adhibita summa cautione, a vero aberrasse quam longissime apparet. Apud Platonem enim talis prodit, qui, quanquam ab hominibus omnibus ut Deus celebratur, tamen neque ipse ea doctrina, quam aliis se traditurum promittit, imbutus est, neque eam tenet exponendi disputandique viam, quam inire decet philosophum. Quae ipse profert, sunt pleraque dicta ex vitae experientia sumta, loci communes, arbitrarium in modum coagmentati, nulla certa ratione moderati. Attamen, qui quae de auctoribus Protagorae cognoscendi disseruimus tenebit, is vix temerius iudicatum putet, fuisse eum philosophum, cuius placita in rationem, qua Graecorum philosophia progressa est, magnam vim habuerint, maximique nunc sint momenti ad illam penitus perspiciendam; grammaticum sagacissimum huiusque disciplinae magna ex parte auctorem; artis politicae, imprimis rhetoricae, magistrum illius temporis omnium celebratissimum; virum denique, cuius probitatem morumque sinceritatem frustra detrectare conati sint; ne multa: fuisse eum sophistam ex vera atque antiqua verbi notione, neque confundendum cum hominibus istis, quorum numero etiam Prodicus ante praclaram illam Welckeri defensionem immerito ascribebatur.

Sed restat ut exponamus de sophistae scriptis.

CAPUT III.

Totam fere disciplinam suam Protagoras non tantum cum discipulis suis ipse praesens communicavit, sed libris quoque haud ita paucis posteritati tradidit, quorum index est apud Diogenem lib. IX. §. 55. Cui quanquam is inscripsit *Ἔστι δὲ τὰ σωζόμενα αὐτοῦ βιβλία τάδε*, tamen num Laertii etiam aetate Protagorae scripta ab illo memorata exstiterint valde dubium est. Immo e priorum auctorum aliquo hunc librorum elenchum cum ipsa inscriptione a Diogene haustum esse monuit Welckerus annot. pag. 553. et 575. Neque C. Fr. Hermanno repugno, qui l. l. pag. 381. „Denn aus Autopsie", inquit, „mögen wohl wenige der Nachrichten, die wir noch über Protagoras als Schriftsteller haben, geflossen sein; was Philostratus, Themistius u. A. über seinen Styl sagen, ist offenbar aus der Rede bei Plato abstrahirt." Sed de singulis libris num quid certi hoc in genere statui possit videbimus. Quod vero idem eodem loco Vossium secutus de Hist. Graec. pag. 408. ex Tzetz. Chil. VII. v. 648. [647.] Protagorae librum *περὶ θαυμαστῶν* inscriptum tribuit, id non dubito quin falsum sit. Protagoras enim a Tzetze memoratus non est sophista Abderita, sed idem esse videtur atque geographus, de quo vid. praecipue Photii locum lib. I. cap. III. indicatum. *Περιηγήτης* dicitur a scholiasta ad h. l. Cramer. Anecd. Ox. tom. III. pag. 370.

A. Scripta physica.

I.

Ἀλήθεια ἢ περὶ τοῦ ὄντος.

Porphyrius apud Euseb. Praep. evang. lib. X. cap. 3: *Πρωταγόρου γὰρ τὸν περὶ τοῦ ὄντος ἀναγινώσκων λόγον πρὸς τοὺς ἓν τὸ ὂν εἰσάγοντας τοιαύταις αὐτὸν εὑρίσκω χρώμενον ἀπαντήσεσιν.* Hunc ex Protagorae libris delendum censuit Geelius pag. 84: „Sed potuit Porphyrius Protagoram

cum Gorgia confundere, quorum hic libellum περὶ τοῦ μὴ ὄντος conscripsit.« Quam coniecturam probaverunt Herbstius argumentis usus levioribus, quam quae refutatione egeant (pag. 112. et q. seqq.) et, quanquam hic dubitanter, Brandisius Histor. philos. tom. I. pag. 526. — Sed nimium sane hoc videtur, Porphyrio duo imputare errores, nominasse scilicet eum Protagoram pro Gorgia, deinde Gorgiae librum tribuisse, quem non scripsisse illum constat, περὶ τοῦ ὄντος; idque nulla alia de causa, quam quia errare Porphyrius potuerit. Quod enim Diogenes hunc in Protagorae libris non memorat, in eo offendat nonnisi qui Herbstii rationem secutus omnia conquirere velit, quibus Protagorae scriptorum numerus uno minuatur. Nam quam levis sit in his rebus Diogenis auctoritas, qui non aliunde sciat vel ex eo perspicere possit, quod etiam Aristotelis librorum gravissimos nonnullos ille praetermisit. Ceterum si propterea Protagoram arbitrati sunt a Porphyrio cum Gorgia esse permutatum, quia hoc libro τοὺς ἓν τὸ ὂν εἰσάγοντας refelli dicat, Gorgias vero ipse quoque οὐκ εἶναι ἓν τὸ ὄν statuerit: ne hoc quidem ullius est momenti. Quam enim leve sit omnino eius modi argumentum ut taceam, hoc loco eo minus illud ferri potest, quo planius quam optime cum Protagoreae philosophiae natura congruerit ut suum de rerum fluxu placitum probaret Eleaticorum philosophorum rationem impugnare contrariam uni cuique apparet. At obtrectatores illi Abderitae a Protagora prorsus hoc alienum fuisse clamitant: quippe qui tantum abfuerit ut qui ante se aliter sensissent impugnaret, ut nihil omnino quod philosophum deceret proferret novi. Sed non satis habuisse Protagoram sua statuere placita, immo sedulo eum adversariorum rationem habuisse eo quoque docemur, quod ab Aristotele etiam geometras impugnasse dicitur, quorum figuris, quippe quae non ut ab illis statuerentur ita in sensus caderent, ad verum perspiciendum uti non possemus. Vid. pag. 190. A Cicerone de Orat. lib. III. cap. XXXII. §. 128. Protagoras in iis nominatur, qui plurimum temporibus illis etiam de natura rerum et disseruerint et scripserint. Et quum de his rebus librum a Protagora conscriptum esse etiam Platonis locis proxime memorandis confirmetur, cur Porphyrio

fidem denegemus iam nihil est: Antilogicis enim, ad quae Ciceronem l. l. respexisse putat Herbstius pag. 113, aliud argumentum recte tribuisse videmur. Quae si ita sunt, hic liber ex igne servatus usque ad tertium post Christum saeculum aetatem tulit.

Secundum Plat. Theaet. pag. 161. C *Πάντων χρημάτων* illud posuit initio libri *Ἀλήθεια* inscripti: *Τὴν δ' ἀρχὴν τοῦ λόγου τεθαύμακα, ὅτι οὐκ εἶπεν ἀρχόμενος τῆς Ἀληθείας, ὅτι πάντων χρημάτων μέτρον ἐστὶν ὗς ἢ κυνοκέφαλος* et q. seqq., quem ad locum conferas scholiastam: *Τὸ τοῦ Πρωταγόρου σύγγραμμα, ἐν ᾧ ταῦτα δοξάζει, Ἀλήθεια ἐκαλεῖτο ὑπὸ Πρωταγόρου*: eiusdemque dialogi pag. 162. A, 166. C, 170. E. Sed si quid omnino hoc ipsum placitum eo libro expositum erat, cui inscripserat *περὶ τοῦ ὄντος*. Quare, quamvis Platonis locos modo indicatos fere omnes explicare possis etiam non *Ἀλήθεια* libri alicuius titulum fuisse statuens (vid. Schleiermacherum ad Theaet. pag. 161. C, contra quem disputavit Stallbaumius annot. ad eundem locum, et Herbstium pag. 150.): nam scholiastis hoc in genere nulla fides est: tamen libro suo de rerum natura confecto inscripsisse Protagoram *Ἀλήθεια ἢ περὶ τοῦ ὄντος* omnium est veri simillimum.

Hoc igitur scripto exposita erant placita I. II. III. IV. V. VI. VII. VIII. X. XI. a nobis lib. II. cap. I. ex veterum testimoniis ita definita, ut sententias quidem Protagoreas, sed non verba praestare vellemus. Quare hic illud tantum exhibemus, quo et omnium quasi summa continebatur quodque ipsis Protagorae verbis nobis traditum esse locis lib. II. cap. I. §. 8. allatis planissime apparet:

1.

Πάντων χρημάτων μέτρον ἄνθρωπος· τῶν μὲν ὄντων ὡς ἔστι, τῶν δὲ οὐκ ὄντων ὡς οὐκ ἔστι.

Gerlachius pag. 65. annot. 1. „Endlich ob von diesem Buche (*περὶ τοῦ ὄντος*) verschieden sei ein ähnliches *περὶ τοῦ μὴ ὄντος* Sext. Emp. VII. 149, wird schwerlich können ausgemittelt werden“, Menagii errorem (vid. annot. ad Diog.

Laert. lib. IX. §. 55.) iam a Fabricio Bibl. Gr. ed. Harl. tom. II. pag. 670. annot. iiii), Geelio pag. 85. et Herbstio pag. 113. notatum recoxit. Sexti enim verba a Gerlachio indicata, quanquam Protagorae nomen proxime praecedit, tamen non ad Protagoram sed ad Gorgiam pertinent.

II.

Περὶ θεῶν.

Hunc quoque librum, de quo veterum testimoniis lib. II. cap. II. allatis satis constat, fuerunt qui sive dubitationibus sive obtrectationibus tentarent. Atque Herbstius quidem pag. 129. *πολλὰ γὰρ τὰ κωλύοντα μέ, ἥ τε ἀδηλότης καὶ βραχὺς ὢν ὁ βίος τοῦ ἀνθρώπου* dicit sophistische Hohlworte, atque ita disputationem suam concludit: „Womit er diese Schrift über die Götter nun mag ausgefüllt haben, bleibt räthselhaft; mag man wenigstens darin die Kunst der Sophisten und ihre Frechheit erkennen, die über einen Gegenstand ein Buch machen, in dessen Einleitung sie gestehen, dass sie keins darüber machen könnten.“ Equidem ego non video, quidni iam primis verbis sententiam suam proferre, eaque in exponenda, explicanda, defendenda per ceteras disputationis partes versari potuerit. Nam multarum quaestionum finem hunc esse, ut de re tractata certi nihil dici posse intelligatur, nemo est quin expertus sit. Sed ingeniosa satisque speciosa est coniectura a C. Fr. Hermanno pag. 366. proposita. Is enim propter Plat. Theaet. pag. 162. D E an de deis Protagoras totum librum confecerit valde dubitans *περὶ θεῶν* inscriptionem esse putat Diogenis errore fictam eiusdem libri illius *περὶ τοῦ ὄντος*, cuius hoc fuisse initium: *Περὶ μὲν θεῶν οὐκ ἔχω εἰδέναι εἴθ' ὡς εἰσὶν εἴθ' ὡς οὐκ εἰσίν — ἡ δὲ ἀλήθεια ἥδε· πάντων χρημάτων μέτρον ἄνθρωπος* et q. seqq. Quod quanquam probavit ille Burgero Proleg. et Annot. in Plat. Theaet. pag. 9, tamen veterum scriptorum auctoritatem hac in re nihili faciendam esse neque Burgeri libri censori (vid. Bergkii et Caesaris Ephem. 1844. pag. 1023.) neque mihi Hermannus persuasit. Primum enim hanc quaestionem Protagoras si semel

tetigit, vix puto verbis quam paucissimis absolvit. Immo non dubito, quin, qui gravius quodque placitorum suorum litteris tradiderit, hanc quoque sententiam copiosius tractarit. Nam Platonis verba, ad quae Hermannus respicit, *Ὦ γενναῖοι παῖδές τε καὶ γέροντες, δημηγορεῖτε ξυγκαθεζόμενοι θεούς τε εἰς τὸ μέσον ἄγοντες, οὓς ἐγὼ ἔκ τε τοῦ λέγειν καὶ τοῦ γράφειν περὶ αὐτῶν ὡς εἰσὶν ἢ ὡς οὐκ εἰσὶν ἐξαιρῶ* *) nihil significare possunt nisi „Quid? vos de Deis statuere aliquid audetis, de quibus certi quicquam dicere posse ego non visus sum?" commentatione scilicet mea, qua hoc argumentum tractavi. Erat enim disputatio brevior, quae haud ita magno temporis spatio recitari posset (vid. pag. 75.), non totum volumen, quod Hermannus opinari videtur: „Worüber Protagoras wohl schwerlich ein ganzes Buch geschrieben haben konnte." Atque planis verbis Diogenes duo libros discernit lib. IX. §. 51: *Ἀλλὰ καὶ ἤρξατό που τοῦτον τὸν τρόπον· „Πάντων χρημάτων"* et q. seqq. — *καὶ ἀλλαχοῦ δὲ τοῦτον ἤρξατο τὸν τρόπον· „Περὶ μὲν θεῶν"* et q. seqq.

Huius igitur libri, qui Protagorae accusationis causa fuit, prima tantum verba, quibus totius summa continebatur, posteris tradita sunt:

2.

Περὶ μὲν θεῶν οὐκ ἔχω εἰδέναι οὔθ' ὡς εἰσὶν οὔθ' ὡς οὐκ εἰσίν. πολλὰ γάρ [ἐστι] τὰ κωλύοντα εἰδέναι· ἥ τε ἀδηλότης καὶ βραχὺς ὢν ὁ βίος τοῦ ἀνθρώπου.

III.

Περὶ τῶν ἐν Ἅιδου.

Diog. Laert. lib. IX. §. 55. Quo de scripto cum praeter nomen nihil traditum sit, Democriti librum eisdem verbis inscriptum, de quo egit Mullachius Democr. fragm. pag. 113.

*) Foedum glossema hoc loco detexisse sibi videtur Stallbaumius, qui *περὶ αὐτῶν ὡς εἰσὶν ἢ ὡς οὐκ εἰσίν* delendum censet. Immo aptissima hic sunt ipsa Protagorae verba ex libro eius citata.

et q. seqq., alteri quoque Abderitae negligentia quadam Diogenis tributum esse putes. Quam quidem sententiam nos non amplectimur: nam praeter Democritum multos alios de hac re disseruisse Mullachius exposuit pag. 114. Ex Procli praecipue verbis: *Τὴν μὲν περὶ τῶν ἀποθανεῖν δοξάντων ἔπειτα δ' ἀναβιούντων ἱστορίαν ἄλλοι τε πολλοὶ τῶν παλαιῶν ἤθροισαν καὶ Δημόκριτος ὁ φυσικὸς ἐν τοῖς περὶ τοῦ Ἅιδου γράμμασιν* et q. seqq. ceterisque scriptorum locis a Mullachio congestis si quid in Protagoram coniicere licet, hoc de inferis opusculo de iis disputavit, qui pro mortuis habiti postea revixerunt. Quo quidem non contentum fuisse puto universum libri consilium: sed fortasse omnino de hominum post mortem conditione disseruit.

B. Scripta moralia.

IV.

Περὶ ἀρετῶν.

Hoc libro, cuius inscriptionem ex Diog. Laert. lib. IX. §. 55. novimus, exposuisse videtur *περὶ σωφροσύνης, δικαιοσύνης, ὁσιότητος, ἀνδρίας, σοφίας*: vid. pag. 101.

V.

Περὶ τῶν οὐκ ὀρθῶς τοῖς ἀνθρώποις πρασσομένων.

Diog. Laert. lib. IX. §. 55. Aut superioris, ut Geelius pag. 84. et Herbstius pag. 148. statuerunt, aut huius libri fragmentum esse puto, quem Protagorae locum Plutarchus exhibet Consol. ad Apoll. cap. XXXIII:

3.

Τῶν γὰρ υἱέων, νεηνιῶν ὄντων καὶ καλῶν, ἐν ὀκτὼ δὲ ταῖς πάσῃσι ἡμέρῃσι ἀποθανόντων νηπενθέως ἀνέτλη. εὐδίης γὰρ εἴχετο, ἐξ ἧς πολλὸν ὤνητο κατὰ πᾶσαν ἡμέρην εἰς εὐποτμίην καὶ ἀνωδυνίην καὶ τὴν ἐν τοῖσι πολλοῖσι δόξαν.

πᾶς γάρ τίς μιν ὁρῶν τὰ ἑωυτοῦ πένθεα ἐρρωμένως φέροντα μεγαλόφρονά τε καὶ ἀνδρεῖον ἐδόκει εἶναι καὶ ἑωυτοῦ κρείσσω, κάρτα εἰδὼς τὴν ἑωυτοῦ ἐν τοιοῖσδε πράγμασι ἀμηχανίην.

Ceterum hoc fragmentum a Plutarcho non ex ipso Protagorae libro desumptum esse sed per Crantorem illi innotuisse putat Hermannus pag. 381. Matthiaeum laudans Vermischte Schriften pag. 50: cui non est quod contra dicam.

VI.

Περὶ φιλοτιμίας.

Diog. Laert. lib. IX. §. 55. Liber aliunde ignotus.

C. Scripta politica.

VII.

Περὶ πολιτείας.

Diog. Laert. lib. IX. §. 55. Huius libri praestantia fortasse causa fuit, ut Protagorae Thurinorum leges scribendas Pericles mandaret: vid. pag. 65. Quod si ita se habeat, ante annum 445. compositus fuerit. Sed certi de hac re nihil confirmari potest. Ceterum ex Protagorae Politia Plato sapisse videtur suam conscribens: vid. X. Ἀντιλογιῶν δύο.

VIII.

Περὶ τῆς ἐν ἀρχῇ καταστάσεως.

Cuius inscriptionis a Laertio tantum lib. IX. §. 55. servatae sententiam alii aliter explicavere. Atque Herbstium certe, qui pag. 148. Wernsdorfium (annot. ad Him. Or. XXI. §. 10.) secutus „Ueber die ursprüngliche Beschaffenheit der Welt" interpretatus est, errasse arbitror. Nam ipso Platonis loco, quem ex hoc libro haustum ait, verum edoceri poterat. Rectius puto sensit Geelius, qui ex politico genere librum dicit

nulla quidem addita explicatione (pag. 84.). Nobis enim hoc scripto de antiquissima rerum publicarum ratione egisse videtur, quo pacto et ante conditas res publicas homines vixissent et ipsae essent constitutae. Fuit igitur, ut vernaculo sermone planius loquar, „Ueber die erste Gestaltung gesellschaftlicher Verhältnisse."

Mythum autem illum, quem Plat. Prot. pag. 320. C—322. D sophista cum auditoribus communicat, ex hoc libro esse repetitum optime, nisi fallor, Wernsdorfio (vid. loc. modo ind.) viam praeeunte Herbstius observavit. Quin enim ex Protagorae libro aliquo Plato hoc ita exscripserit, ut non modo sententiarum nexus, sed dicendi genus universum atque vel singulorum verborum haud ita pauca sint Protagorea, dubitari non potest. Hoc certe vix fugiat quemquam, totius loci dictionem a Platone abhorrentem poetae magis esse quam prosae orationis scriptoris. Atque iam Heindorfius ad Prot. pag. 320. E tam locutiones singulas, ut *ἄοπλος φύσις*, *μικρότητι ἀμπισχεῖν*, *πτηνὸς φυγή*, aliae, quam totum orationis colorem a Platonis stilo discordare monuit. Quare ego hunc locum, quippe qui ad Protagorae scribendi genus perspiciendum plurimum conferret, quamvis fortasse longior esse videretur, hic non exhibere religioni habuissem.

Ecce igitur fabula, qua vix quicquam dici potest elegantius neque quod cum Graecorum vitae ac civitatum indole magis congruat. Legens tamen semper teneas velim, Protagorae non esse ipsa verba, sed sententias, locutiones singulas minus vulgares, totumque dicendi genus, quanquam fortasse a Platone hic illic exaggeratum.

4.

Ἦν γάρ ποτε χρόνος, ὅτε θεοὶ μὲν ἦσαν, θνητὰ δὲ γένη οὐκ ἦν. ἐπειδὴ δὲ καὶ τούτοις χρόνος ἦλθεν εἱμαρμένος γενέσεως, τυποῦσιν αὐτὰ θεοὶ γῆς ἔνδον ἐκ γῆς καὶ πυρὸς μίξαντες καὶ τῶν ὅσα πυρὶ καὶ γῇ κεράννυται. ἐπειδὴ δ' ἄγειν αὐτὰ πρὸς φῶς ἔμελλον, προσέταξαν Προμηθεῖ καὶ Ἐπιμηθεῖ κοσμῆσαί τε καὶ νεῖμαι

δυνάμεις ἑκάστοις ὡς πρέπει. Προμηθέα δὲ παραιτεῖται Ἐπιμηθεὺς αὐτὸς νεῖμαι· νείμαντος δ' ἐμοῦ, ἔφη, ἐπίσκεψαι. καὶ οὕτω πείσας νέμει. νέμων δὲ τοῖς μὲν ἰσχὺν ἄνευ τάχους προσῆπτε, τοὺς δ' ἀσθενεστέρους τάχει ἐκόσμει· τοὺς δὲ ὥπλιζε, τοῖς δ' ἄοπλον διδοὺς φύσιν αλλην τιν' αὐτοῖς ἐμηχανᾶτο δύναμιν εἰς σωτηρίαν. ἃ μὲν γὰρ αὐτῶν σμικρότητι ἤμπισχε, πτηνὸν φυγὴν ἢ κατάγειον οἴκησιν ἔνεμεν· ἃ δὲ ηὖξε μεγέθει, τῷδε αὐτῷ αὐτὰ ἔσωζε· καὶ τἆλλα οὕτως ἐπανισῶν ἔνεμε. ταῦτα δὲ ἐμηχανᾶτο εὐλάβειαν ἔχων μή τι γένος ἀϊστωθείη. ἐπειδὴ δὲ αὐτοῖς ἀλληλοφθοριῶν διαφυγὰς ἐπήρκεσε, πρὸς τὰς ἐκ Διὸς ὥρας εὐμάρειαν ἐμηχανᾶτο ἀμφιεννὺς αὐτὰ πυκναῖς τε θριξὶ καὶ στερεοῖς δέρμασιν, ἱκανοῖς μὲν ἀμῦναι χειμῶνα, δυνατοῖς δὲ καὶ καύματα, καὶ εἰς εὐνὰς ἰοῦσιν ὅπως ὑπάρχοι τὰ αὐτὰ ταῦτα στρωμνὴ οἰκεία τε καὶ αὐτοφυὴς ἑκάστῳ· καὶ ὑπὸ ποδῶν τὰ μὲν ὁπλαῖς, τὰ δὲ θριξὶ καὶ δέρμασι στερεοῖς καὶ ἀναίμοις. τοὐντεῦθεν τροφὰς ἄλλοις ἄλλας ἐξεπόριζε, τοῖς μὲν ἐκ γῆς βοτάνην, ἄλλοις δὲ δένδρων καρπούς, τοῖς δὲ ῥίζας· ἔστι δ' οἷς ἔδωκεν εἶναι τροφὴν ζώων ἄλλων βοράν· καὶ τοῖς μὲν ὀλιγογονίαν προσῆψε, τοῖς δ' ἀναλισκομένοις ὑπὸ τούτων πολυγονίαν, σωτηρίαν τῷ γένει πορίζων. ἅτε δὴ οὖν οὐ πάνυ τι σοφὸς ὢν ὁ Ἐπιμηθεὺς ἔλαθεν αὑτὸν καταναλώσας τὰς δυνάμεις [εἰς τὰ ἄλογα]. λοιπὸν δὴ ἀκόσμητον ἔτι αὐτῷ ἦν τὸ ἀνθρώπων γένος, καὶ ἠπόρει ὅ τι χρήσαιτο. ἀποροῦντι δὲ αὐτῷ ἔρχεται Προμηθεὺς ἐπισκεψόμενος τὴν νομήν, καὶ ὁρᾷ τὰ μὲν ἄλλα ζῶα ἐμμελῶς πάντων ἔχοντα, τὸν δὲ ἄνθρωπον γυμνόν τε καὶ ἀνυπόδητον καὶ ἄστρωτον καὶ ἄοπλον. ἤδη δὲ καὶ ἡ εἱμαρμένη ἡμέρα παρῆν, ἐν ᾗ ἔδει καὶ ἄνθρωπον ἐξιέναι ἐκ γῆς εἰς φῶς. ἀπορίᾳ οὖν ἐχόμενος ὁ Προμηθεύς, ἥντινα σωτηρίαν τῷ ἀνθρώπῳ

εὕροι, κλέπτει Ἡφαίστου καὶ Ἀθηνᾶς τὴν ἔντεχνον σοφίαν σὺν πυρί — ἀμήχανον γὰρ ἦν ἄνευ πυρὸς αὐτὴν κτητήν τῳ ἢ χρησίμην γενέσθαι —, καὶ οὕτω δὴ δωρεῖται ἀνθρώπῳ. τὴν μὲν οὖν περὶ τὸν βίον σοφίαν ἄνθρωπος ταύτῃ ἔσχε, τὴν δὲ πολιτικὴν οὐκ εἶχεν· ἦν γὰρ παρὰ τῷ Διί· τῷ δὲ Προμηθεῖ εἰς μὲν τὴν ἀκρόπολιν τὴν τοῦ Διὸς οἴκησιν οὐκέτι ἐνεχώρει εἰσελθεῖν· πρὸς δὲ καὶ αἱ Διὸς φυλακαὶ φοβεραὶ ἦσαν· εἰς δὲ τὸ τῆς Ἀθηνᾶς καὶ Ἡφαίστου οἴκημα τὸ κοινόν, ἐν ᾧ ἐφιλοτεχνείτην, λαθὼν εἰσέρχεται, καὶ κλέψας τήν τε ἔμπυρον τέχνην τὴν τοῦ Ἡφαίστου καὶ τὴν ἄλλην τὴν τῆς Ἀθηνᾶς δίδωσιν ἀνθρώπῳ, καὶ ἐκ τούτου εὐπορία μὲν ἀνθρώπῳ τοῦ βίου γίγνεται, Προμηθέα δὲ δι' Ἐπιμηθέα ὕστερον, ᾗπερ λέγεται, κλοπῆς δίκη μετῆλθεν.

Ἐπειδὴ δὲ ὁ ἄνθρωπος θείας μετέσχε μοίρας, πρῶτον μὲν διὰ τὴν τοῦ θεοῦ συγγένειαν ζώων μόνον θεοὺς ἐνόμιζε, καὶ ἐπεχείρει βωμούς τε ἱδρύεσθαι καὶ ἀγάλματα θεῶν· ἔπειτα φωνὴν καὶ ὀνόματα ταχὺ διηρθρώσατο τῇ τέχνῃ, καὶ οἰκήσεις καὶ ἐσθῆτας καὶ ὑποδέσεις καὶ στρωμνὰς καὶ τὰς ἐκ γῆς τροφὰς εὕρετο. οὕτω δὴ παρεσκευασμένοι κατ' ἀρχὰς ἄνθρωποι ᾤκουν σποράδην, πόλεις δὲ οὐκ ἦσαν. ἀπώλλυντο οὖν ὑπὸ τῶν θηρίων διὰ τὸ πανταχῇ αὐτῶν ἀσθενέστεροι εἶναι, καὶ ἡ δημιουργικὴ τέχνη αὐτοῖς πρὸς μὲν τροφὴν ἱκανὴ βοηθὸς ἦν, πρὸς δὲ τὸν τῶν θηρίων πόλεμον ἐνδεής· πολιτικὴν γὰρ τέχνην οὔπω εἶχον, ἧς μέρος πολεμική, ἐζήτουν δὴ ἀθροίζεσθαι καὶ σώζεσθαι κτίζοντες πόλεις. ὅτ' οὖν ἀθροισθεῖεν, ἠδίκουν ἀλλήλους ἅτε οὐκ ἔχοντες τὴν πολιτικὴν τέχνην, ὥστε πάλιν σκεδαννύμενοι διεφθείροντο. Ζεὺς οὖν δείσας περὶ τῷ γένει ἡμῶν, μὴ ἀπόλοιτο πᾶν, Ἑρμῆν πέμπει ἄγοντα εἰς ἀνθρώπους αἰδῶ

τε καὶ δίκην, ἵν' εἶεν πόλεων κόσμοι τε καὶ δεσμοὶ φιλίας συναγωγοί. ἐρωτᾷ οὖν Ἑρμῆς Δία, τίνα οὖν τρόπον δοίη δίκην καὶ αἰδῶ ἀνθρώποις. Πότερον ὡς αἱ τέχναι νενέμηνται, οὕτω καὶ ταύτας νείμω; νενέμηνται δὲ ὧδε· εἷς ἔχων ἰατρικὴν πολλοῖς ἱκανὸς ἰδιώταις, καὶ οἱ ἄλλοι δημιουργοί. καὶ δίκην δὴ καὶ αἰδῶ οὕτω θῶ ἐν τοῖς ἀνθρώποις, ἢ ἐπὶ πάντας νείμω; Ἐπὶ πάντας, ἔφη ὁ Ζεύς, καὶ πάντες μετεχόντων· οὐ γὰρ ἂν γένοιντο πόλεις, εἰ ὀλίγοι αὐτῶν μετέχοιεν ὥσπερ ἄλλων τεχνῶν. καὶ νόμον γε θὲς παρ' ἐμοῦ τὸν μὴ δυνάμενον αἰδοῦς καὶ δίκης μετέχειν κτείνειν ὡς νόσον πόλεως.

Ex Platone excerptus hic mythus reperitur Himer. Orat. XXI. §. 10. atque valde immutatus Themist. Orat. XXVII. pag. 338. (pag. 407. Dind.): indicatur etiam Iulian. Orat. VI. pag. 194. Ceteri autem loci ab Herbstio pag. 149. e Wernsdorfii ad Himerium annotatione repetiti ad Protagoram nihil pertinent. Attamen Kayserus, qui in Philostrati vitarum editione nonnulla de Protagora disserens ex Herbstio plerumque sapit, omnes illos pag. 202. tanta cum incuria descripsit, ut neque eos praetermitteret, qui ab hac re alieni sunt, neque emendaret, quae falsis ille sive numeris sive verbis citaverat. Ita ex Iuliano pro pag. 194. secundum Herbstium Kayserus affert pag. 195. atque „Etym. M. s. v. Ἰηόνιον", quod Herbstii typotheta posuit pro Ἰκόνιον, diligentissime suum fecit. Quod vero pag. 156. Herbstius „Wie ich", inquit, „aus der treuen Darstellung muthmasse, hat Himerius — wenigstens noch das Buch περὶ τῆς ἐν ἀρχῇ καταστάσεως selbst gelesen", melius profecto fecisset si hac quoque in re Wernsdorfium auctorem esset secutus, qui, id quod vel sponte apparet, non ex ipso Protagorae libro, sed e Platonis Protagora hunc mythum ab Himerio ceterisque haustum esse monuit.

Ceterum de hac sophistarum ratione, qua antiquas fabulas in suum usum immutarunt, vid. Buttmannus Mythol. tom. I. pag. 253. et Welckerus pag. 579. Ekkeri librum de hoc mythò editum inspicere non potui.

D. Scripta grammatica.

IX.

Περὶ ὀρθοεπείας.

Vid. pag. 136. et q. seqq. Quae eodem Platonis loco (Phaedr. pag. 267. C) ἄλλα πολλὰ καὶ καλὰ Protagorae cum cavillatione memorantur, aut nulla sunt aut certe ignota.

E. Scripta rhetorica.

X.

Ἀντιλογιῶν δύο.

Diog. Laert. lib. IX. §. 55. *Ἀντιλογικά* dicit lib. III. §. 37. et 57. Exposuit hoc libro Protagoras placitum suum de sententiis contrariis, per quod quasi transitum paratum vidimus a placitis de rerum natura ad dialecticam eius rationem. Fortasse ipsius verba sunt (vid. pag. 89.):

5.

Δύο λόγοι εἰσὶ περὶ παντὸς πράγματος ἀντικείμενοι ἀλλήλοις.

Persuadere mihi vix possum, ex hoc Protagorae libro, a quo rerum publicarum tractatio aliena fuisse videtur, Platonem fere omnia hausisse Politiam suam conscribentem, id quod Aristoxenus tradidisse dicitur apud Diogenem lib. III. §. 37: *Ἣν πολιτείαν Ἀριστόξενός φησι πᾶσαν σχεδὸν ἐν τοῖς Πρωταγόρου γεγράφθαι Ἀντιλογικοῖς*, et Phavorinus ei. lib. §. 57: *Τῆς μὲν πολιτείας εἰς δέκα διαιρουμένης, ἣν καὶ εὑρίσκεσθαι σχεδὸν ὅλην παρὰ Πρωταγόρᾳ ἐν τοῖς Ἀντιλογικοῖς φησὶ Φαβωρῖνος ἐν παντοδαπῆς ἱστορίας δευτέρῳ.* Qua ex parte enim sive Politia sive alius Platonicorum librorum cum sophistae Antilogicis congruat, equidem non video: nam quod Hermannus affert Hist. Philos. Plat. tom. I. pag. 694. annot.

672, vix sufficit ad explicandam illam criminationem *). Quare, si quidem fides Diogeni (atque ex Protagorae περὶ τοῦ ὄντος quoque libro Platonem hausisse Porphyrius testatur apud Eus. Praep. ev. lib. X. cap. 3.), veri simillimum est, in Politia scribenda Platonem illum Protagorae librum in suum usum convertisse, quem VII. memoravimus περὶ πολιτείας. Quanquam cum Protagoreae Politiae ne verbum quidem nobis servatum sit, accuratius de hac re nihil statui potest.

XI.

Τέχνη ἐριστικῶν.

Qua exposuit totam suam artem disputandi. Diog. Laert. lib. IX. §. 55. Eius haud dubie erat locutio illa a Protagora primum inducta, qua quemadmodum causa inferior dicendo fieri superior posset docere se profitebatur:

6.

Τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖν.

Vid. pag. 142. et q. seqq.

XII.

Δίκη ὑπὲρ μισθοῦ.

Diog. Laert. lib. IX. §. 55. Si narrationem illam a scriptoribus pervulgatam (vid pag. 145. et q. seqq.) meram esse fabellam recte statuimus, liber quoque de hac lite conscriptus non potest non esse fictus. Qui vero sive Sexto quique Sextum secuti sunt, sive Gellio quique ad Protagoram et Euathlum illam referunt, fidem habeat, ei nihil causae esse videtur, cur disputationem quandam *Δίκη ὑπὲρ μισθοῦ* inscriptam a Protagora confectam esse neget, qua hanc causam tractare potuit Protagoras sive ipsius fuerit cum Euathlo sive Coracis cum Tisia.

*) Conf. Brandisius Hist. Philos. tom. II. pag. 151: „Gewiss konnte Platonische Erkenntnisslehre mit der des Protagoras in Grundannahmen und wesentlichen Bestimmungen nicht übereinstimmen.“

XIII.

Communes loci.

Quos multos a Protagora conscriptos fuisse Cicero ait Brut. cap. XII. §. 46. De iis dictum est pag. 152. et q. seqq.

F. Varii generis scripta.

XIV.

Προστακτικός.

Diog. Laert. lib. IX. §. 55. Moralem dicit librum Geelius pag. 84. Ego talem fuisse puto, quo Protagoras quasi scholarum prooemio universam virtuti politicae, qua disciplina eius continebatur tota, studendi rationem atque methodum praeceperit. Idem enim videtur qui Crameri Anecd. Paris. vol. I. pag. 171. ὁ μέγας λόγος nominatur, quo quidem titulo librum suum vix ipse inscripserit. Eius ibi memorantur haec verba:

7.

Φύσεως καὶ ἀσκήσεως διδασκαλία δεῖται, καὶ ἀπὸ νεότητος δὲ ἀρξαμένους δεῖν μανθάνειν —.

Conf. pag. 169. Quantum ex sententia quidem colligi potest, eiusdem fortasse libri est quod e Stobaeo et S. Maximo ibidem memoravimus:

8.

Μηδέν ἐστι μήτε τέχνη ἄνευ μελέτης μήτε μελέτη ἄνευ τέχνης.

XV.

Περὶ μαθημάτων.

Diog. Laert. lib. IX. §. 55. Mathematicus sive astronomicus liber esse videtur Zellero operis supra laudati pag. 254,

quare Abderitam fortasse cum Protagora astrologo (vid. pag. 13.) a Diogene permutatum esse putari possit, quam quidem sententiam ab ipso non probari. Sed neque quia *περὶ μαθημάτων* inscriptus erat, inde de rebus mathematicis hunc librum fuisse consectarium est, neque cum Protagorae ratione de his rebus disserere congrueret, nisi ut nihili esse faciendas demonstraret: id quod re vera eum fecisse ex Aristotele apparet Metaph. lib. II. cap. 2. tom. II. pag. 998. Bekk.: *Οὔτε γὰρ αἱ αἰσθηταὶ γραμμαὶ τοιαῦταί εἰσιν, οἵας λέγει ὁ γεωμέτρης· οὐδὲν γὰρ εὐθὺ τῶν αἰσθητῶν οὕτως οὐδὲ στρογγύλον. ἅπτεται γὰρ τοῦ κανόνος οὐ κατὰ στιγμὴν ὁ κύκλος, ἀλλ', ὥσπερ Πρωταγόρας ἔλεγεν ἐλέγχων τοὺς γεωμέτρας, οὔθ' αἱ κινήσεις καὶ ἕλικες τοῦ οὐράνου ὅμοιαι, περὶ ὧν ἡ ἀστρολογία ποιεῖται τοὺς λόγους, οὔτε τὰ σημεῖα τοῖς ἄστροις τὴν αὐτὴν ἔχει φύσιν.* Conf. ad h. l. scholia Alexandri et Asclepii ed. Brandis. pag. 618. et 619. Apud Platonem Prot. pag. 318. E ab aliis quidem sophistis ait iuvenes ad eas disciplinas trahi invitos, quas ut effugerent illos adierint, *λογισμούς τε καὶ ἀστρονομίαν καὶ γεωμετρίαν καὶ μουσικήν*: ipsum vero nihil docere eius modi. Quod vero a Simplicio pag. 423. ed. Brandis. ad Aristot. Phys. lib. VII. cap. 5. si medimnus granorum cadentium sonum edant, etiam unum granum atque vel decies millesimam eius partem sonare necesse esse, quia inter minimam unius grani particulam totumque medimnum certa aliqua intercedat ratio, Protagorae Zeno persuasisse dicitur: hoc ad Zenonis doctrinam pertinet (conf. Brandis. hist. phil. tom. I. pag. 409.), nam Protagorae in colloquio illo partes fere nullae sunt; neque quicquam omnino ex id genus narratiunculis efficitur a scholiastis aut plane fictis aut personarum certe nominibus arbitrarium in modum exornatis. Quare ego Protagoram hoc libro de disciplinis in universum disseruisse puto: quanti aestimandae quaeque primariae essent, qualis inter singulas intercederet ratio et quae sunt eius modi. Ut hoc ipso ex scripto repetitum videatur, quod Aristotelis loco modo indicato mathematicorum scientiam nihili esse faciendam demonstrasse dicitur.

XVI.

Περὶ τεχνῶν.

Plat. Soph. pag. 232. D. περὶ πάλης καὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν, Diog. Laert. lib. IX. §. 55. περὶ πάλης Protagorae scriptum memoratur. Quo de libro cum Schleiermacherus aliquid inter viros doctos moverit dissensionis, Herbstium, cuius nos sententias tantum non omnes improbavimus, hac ultima in causa consentientem nos habere iuvat. Eximius enim ille Platonis interpres de rebus gymnasticis hunc librum fuisse negat: πάλη enim non de luctatione, sed de arte eristica quam nunc dicunt esse intelligendum. Qua in re neque Herbstii assensum tulit, neque meum. Platonis enim loco quem indicavimus sophistae ars eo potissimum contineri dicitur, ut ἀντιλογικὸς et ipse sit et τῶν ἄλλων αὐτοῦ τούτου διδάσκαλος. Iam quibus de rebus quaeritur sophistae sint ἀντιλογικοί. Περὶ τῶν θείων, ὅσ' ἀφανῆ τοῖς πολλοῖς, hospes ait Eleata, de iis ὅσα φανερὰ γῆς τε καὶ οὐρανοῦ καὶ τῶν περὶ τὰ τοιαῦτα, — γενέσεώς τε καὶ οὐσίας πέρι, — περὶ νόμων καὶ ξυμπάντων τῶν πολιτικῶν. — Τά γε μὴν περὶ πασῶν τε καὶ κατὰ μίαν ἑκάστην τέχνην, ἃ δεῖ πρὸς ἕκαστον αὐτὸν τὸν δημιουργὸν ἀντειπεῖν, δεδημοσιωμένα που καταβέβληται γεγραμμένα τῷ βουλομένῳ μαθεῖν. Ad quod Theaetetus Τὰ Πρωταγόρειά μοι, inquit, φαίνει περί τε πάλης καὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν εἰρηκέναι. Et ille: Καὶ πολλῶν γε, ὦ μακάριε, ἑτέρων. ἀτὰρ δὴ τὸ τῆς ἀντιλογικῆς τέχνης ἆρ' οὐκ ἐν κεφαλαίῳ περὶ πάντων πρὸς ἀμφισβήτησιν ἱκανή τις δύναμις ἔοικ' εἶναι; ΘΕΑΙ. Φαίνεται γοῦν σχεδὸν οὐδὲν ὑπολιπεῖν. Quo ut de ceteris artibus de luctatione quoque Protagorae exstitisse librum apparet. Conf. de ὁπλομαχίας sophistarum professione Winckelmannus Proleg. in Plat. Euthyd. cap. VII. Atque περὶ πάλης scriptum amplioris περὶ τεχνῶν operis partem fuisse haud inepte coniicias. Quo fortasse etiam expositum erat, cur aliorum magistrorum artes, ut canendi, alias, ipse negligeret: vid. Plat. Prot. pag. 318. E (pag. 189.).

Ex iis quae de singulis Protagorae libris memorantur, sive temporum sive hominum (vid. pag. 75. et 77.) iniquitate maiorem eorum partem haud ita multo post deperditam esse puto. Nam praeterquam quod *Ἀλήθειαν* Porphyrius, fortasse etiam librum qui erat *περὶ τῶν οὐκ ὀρθῶς τοῖς ἀνθρώποις πρασσομένων* Crantor, *Πολιτείαν*, aut, si quis fidem habeat Diogeni, *Ἀντιλογικὰ* Aristoxenus et Phavorinus, *Προστακτικὸν* Stobaeus ipsi inspexisse videntur, nihil traditur unde de ceteris simile quicquam statuere liceat. Quo etiam factum est, ut a posterioribus scriptoribus non ex ipsius sed ex adversariorum tantummodo libris cognosci posset. Quae vero exhibuimus fragmenta quanquam sat sunt pauca, sufficiunt tamen ad confirmandum quod et ipsi de Protagorae dicendi genere supra iudicavimus et Bernhardyus animadvertit Synt. Gr. pag. 91. annot. 42: „Einen höhern Sinn offenbarte aber Protagoras, der vermöge seiner poetischen Auffassung noch am Jonismus hing, jedoch immer den frischen Ton einer rhetorischen Eristik auch in moralischen Entwicklungen aussprach, worin eine gewisse Aehnlichkeit mit den aufreizenden Ideen der kornigten Thucydideischen Reden nicht verkannt wird." Quocum nos prorsus consentimus, nisi quod Ionico sermone eam ob causam ille usus esse videtur, quia ipse Ionica colonia erat oriundus (vid. pag. 3.). Ceterum quod Ionicam dialectum, quae etiam exstat fragmento 3, in ceteris restituere noluimus vix quisquam nobis crimini vertat.

INDEX CAPITUM.

LIBER PRIMUS. PROTAGORAE VITA.

pag.

Caput I. De Protagorae patria 1
Caput II. De Protagorae patre 5
Caput III. Diversi Protagorae 12
Caput IV. De Protagorae tempore natali . . . 13
Caput V. De Protagorae itineribus et morte . . 64

LIBER SECUNDUS. PROTAGORAE PLACITA.

Caput I. De sensibus rebusque sensibilibus . . 78
Caput II. De Deis 96
Caput III. Placita moralia 99
Caput IV. De Protagoreae philosophiae natura et consilio 101

LIBER TERTIUS. PROTAGORAE ARS SOPHISTICA.

Caput I. Protagorae professio 116
Caput II. Protagorae ars interpretandi . . . 122
Caput III. Protagorae de nominum generibus atque verborum modis et temporibus observationes . . 130
Caput IV. De nominum rectitudine 139
Caput V. Protagorae ars dicendi 142

LIBER QUARTUS, DE PROTAGORAE SCHOLIS, DISCIPULIS, SCRIPTIS.

Caput I. De Protagorae scholis 163
Caput II. De Protagorae discipulis 171
Caput III. De Protagorae scriptis 176

INDEX SCRIPTORUM.

Aelianus Var. Hist. lib. I. cap. 23: 10 11. lib. IV. cap. 20: 64 65.
Alexander Aphrodisiensis pag. 618. ed. Brand. in Ar. Metaph. lib. II. cap. 2: 190.
pag. 308. in Ar. Soph. El. cap. XIV: 137.
Ammianus Marcellinus lib. XXII. cap. 8: 2.
Ammonius Hermiae ad Arist. X Kateg. pag. 51: 88 92 109.
Anecdota Oxoniensia ed. Cramer. tom. III. pag. 370: 176.
Anecdota Parisiensia ed. Cramer. tom. I. pag. 171: 35 189.
pag. 172: 76 166 169 172.
Antisthenes apud Winckelmannum pag. 36: 89 96. pag. 34, 37: 96.
Antisthenes Rhodius apud Diog. Laert. lib. IX. §. 39: 36 168.
Apuleius Florid. lib. IV. num. 18: 2 146 172.
Dogm. Plat. lib. I. cap. 3: 173.
Aristides Decl. XLVI. tom. II. pag. 407. Dind.: 117.
Aristocles apud Euseb. Praep. ev. lib. XIV. cap. 20: 87 95.
Aristophanes Nub. v. 113: 143 sqq. v. 117: 145. v. 245 sqq.: 143 sqq. v. 645 sqq.: 131 sqq. v. 657: 122. v. 373 sq.: 143 sqq. v. 874: 145. v. 1150: 165.
Aristoteles de An. lib. II. cap. 2. pag. 404. Bekk.: 103.
Eth. Nicom. lib. IX. cap. 1. pag. 1164: 165 168.
Metaph. lib. II. cap. 2. pag. 998: 190. lib. III. cap. 4. pag. 1007: 90. cap. 5. pag. 1009: 90 103. lib. [IX.] VIII. cap. 3. pag. 1047: 85. lib. IX. cap. 1. pag. 1053: 94. lib. X. cap. 6. pag. 1062: 91 94.
Poet. cap. XIX. pag. 1456: 134 136.
Rhetor. lib. II. cap. 24. pag. 1402: 142. lib. III. cap. 5. pag. 1407: 130.
Soph. El. cap. XIV. pag. 173: 131.
Asclepius pag. 619. Brand. ad Ar. Met. lib. II. cap. 2: 190.
Athenaeus Deipnos. lib. I. pag. 22. F: 169. lib. III. pag. 113. E: 166. lib. IV. pag. 124. C, 150. C, 162. C, 176. A, 183. F: 13.

lib. V. pag. 212. C: 167. pag. 218. B—C: 69 sqq. pag. 218. C: 177. pag. 220. B; 72. lib. VII. pag. 328. E: 72. lib. VIII. pag. 354. C: 7 15 46. lib. IX. pag. 374. C: 132. lib. XI. pag. 505. F: 70. lib. XII. pag. 537. B C: 172. lib. XIV. pag. 632: 117.

Chronicon Paschale Ol. LXVII: 31.

Cicero Brut. cap. VIII. §. 30: 2. cap. XII. §. 46: 41 sqq. 68 152 189. cap. XX. §. 78: 38.

Ep. ad Att. lib. IX. 4: 151 169.

de Invent. lib. II. cap. 2. §. 6: 44.

de Nat. De. lib. I. cap. 1. §. 2: 96. cap. 12. §. 29: 96 98. cap. 22. §. 63: 2 75 96 98. cap. 42. §. 117: 96.

de Or. lib. III. cap. 21. §. 81: 149. cap. 27. §. 106: 152. cap. 32. §. 128: 2 177.

Quaest. Acad. lib. II. cap. 46. §. 142: 86.

Top. cap. XXI. §. 79: 150.

Clemens Alexandrinus Strom. lib. I. pag. 301. D: 4 10. pag. 303. D: 17 sqq. lib. VI. pag. 631. D: 65. pag. 674. A: 89 96.

Cyrillus contra Iulianum lib. I. pag. 13. B: 31. lib. VI. pag. 189. D: 76 98.

Damascius Quaest. de primis principiis ed. Kopp. pag. 387: 85 (v. App.).

Demosthenes contra Theocr. pag. 1343: 54.

Dio Chrysostomus Or. LIV: 166.

Diodorus Siculus lib. I. cap. 98. §. 3: 17. lib. XII. cap. 11. §. 3, 4: 66. lib. XIV. cap. 11. §. 5: 28 35. lib. XVI. cap. 46. §. 1, 2, 3: 13.

Diogenes Laertius lib. I. §. 12: 117. lib. II. §. 7: 24 31. §. 62: 167. §. 121: 68. lib. III. §. 6: 39 173. §. 37, 57: 187. lib. IX. §. 24: 45. §. 34: 6 16 24 28 32 36. §. 36: 168. §. 41: 24 28 32 34 35 36. §. 42: 4 32 39 45 60 105. §. 48: 137. §. 50: 2 3 5 10 28 46 65 66. §. 51: 75 89 92 94 97 154 179. §. 52: 65 75 133 150 155 165. §. 53: 6 15 28 41 46 95 134 150 154. §. 54: 22 46 48 58 63 74 75 172. §. 55: 1 23 46 48 49 59 63 75 150 176 179 180 181 182 187 188 189 191. §. 56: 12 13 39 44 45 50 56 68 75 147 172. §. 72: 104. lib. X. §. 8: 6 11.

Dionysius Halicarnassensis Isocr. in.: 155.

Epictetus Diss. lib. III. cap. 5: 173 175.

Epiphanius adv. Haer. lib. III. tom. II. pag. 1088. B: 5 98.

Epistol. Socratic. XVII: 4.

Eudocia ed. Villois. Anecd. Graec. tom. I. pag. 356: 2 5 134 150 174.

Eusebius Chron. ol. LXX: 29 30. ol. LXXIX: 30. ol. LXXXIV: 47 50 68 76.

Praep. Ev. lib. X. cap. 3: 176 188. cap. 4: 17. lib. XIV. cap. 3: 10 (v. App.) 97. cap. 17: 10. cap. 19: 97.
Eustathius ad Il. lib. I. pag. 8: 136. ad lib. XV. pag. 1028: 117.
Galenus de Philos. Histor. cap. II: 10 (vid. App.) 175. cap. VIII: 4 98.
Gellius Noct. Att. lib. V. cap. 3: 2 7 15 142 155 165. cap. 10: 145 172. lib. XVII. cap. 21: 36.
Harpocratio Lex. s. v τετρακόσιοι: 52.
Hermias Irris. gent. phil. cap. IV: 87 95.
Herodotus lib. I. cap. 29: 117. cap. 168: 3. lib. IV. cap. 95: 117. lib. VII. cap. 120: 34. lib. VIII. cap. 120: 28 34.
Hesiodus Op. et D. v. 287. sqq: 123.
Himerius Orat. XXI. §. 10: 186. §. 11: 160.
Inscriptio apud Boeckhium 148: 13.
Ioannes Chrysostomus in Pauli ep. ad Cor. I. Hom. IV. cap 5: 76 98.
Ioannes Sarisberiensis Policrat. lib. V. cap. 4: 76 99. lib. V. cap. 12: 147 148 172.
Ioannes Siceliota Doxopater Prolegom. apud Walz tom. VI. pag. 12 sqq.: 43. pag. 13. sq.: 148.
Iosephus contra Ap. lib. II. cap. 37: 76 98.
Isocrates Euag. pag. 201. Bekk.: 13.
Helen. in.: 96 155.
Panath. pag. 436, 446. Aug. tom. II: 168.
Iulianus Orat VI. pag. 194: 186.
Lactantius de Fals. Rel. lib. I. cap. 2: 98.
de Ir. De. cap. IX: 76 98.
Lysias de bon. Arist. pag. 649: 172.
contra Eratosth. cap 62. sqq.: 54.
pro Pol. cap. 11, 14: 54.
Macrobius Saturn. lib. I. cap. 1: 70. (v. App.)
Marcianus Heracleota (Geogr. vet. script. Graec. min. ed. Huds. Oxon. 1698. tom. I.) pag. 35, 37, 55: 13.
S. Maximus ed. Combef. tom. II. pag. 587: 169.
Maximus Tyrius Diss. I. [XVII.] cap. 5: 98.
Michael Glycas Annal. part. II. pag. 202. B: 31.
Minucius Felix Octav. cap. VIII: 5 76 98.
Nicander Alexiph. v. 3: 13.
Olympiodorus cod. I. pag. 64: 86.
Origenes Philosoph. cap. VIII: 30.
Philoponus ad Ar. de An. lib. II. pag. 16: 106. cap. 8: 108.
ad Ar. de Gener. et Int. pag. 4: 88 91.
Philostratus Vit. Soph. pag. 482: 167 169. pag. 494: 2 5 6 10 46 48 58 75 98 112 164. pag. 495: 157.

Photius Biblioth. cod. 188: 13.
Lex. pag. 528: 117.
Plato Alcib. I. pag. 118. D: 173. pag. 119. A: 163 sq.
Apol. Socr. pag. 18. B, 19. B: 145. pag. 19. E: 62 sq. pag. 20. A: 172.
Axioch. pag. 366. B: 167. C: 166. pag. 367. D, E: 128.
Charm. pag. 161. A, C: 128. pag. 163. D: 139.
Crat. pag. 383. A: 139. pag. 384. B: 139 167. pag. 385. E: 94. pag. 386. C: 86 120. pag. 391. B: 140 172. C: 172. pag. 422. D, 428. E: 140. pag. 429 B: 109.
Eryx. pag 397. C: 168. E: 128. pag. 399. A: 168.
Euthyd. pag. 271. A: 168. pag. 277. E: 139. pag. 285 D—286. C: 96. pag. 286. C: 61 90. pag. 303. B: 168.
Gorg. pag. 449. C sqq.: 158. pag. 452. D, E, 519. C: 118.
Hipp. mai. pag. 282. B C: 167. C: 164. D: 68 74 161. pag. 285. C: 167. pag. 286. B: 167 169. pag. 287. B: 169.
Men. pag. 91. A: 170. sq. D: 166. D E: 161. E: 14 28 39 46 47 49 55 56 60. pag. 94. B: 173. pag. 95. B: 118.
Parmen. pag. 138. B: 82.
Phaedr. pag. 241. D: 128. pag. 267. C: 136 187. pag. 269. B: 122.
Protag. pag. 309. C: 1. D: 68 161. pag. 310. E: 69 119 161. pag. 311. A: 71. E: 116 156. pag. 312. C: 116. pag. 313. C: 118. pag. 314. B: 72. D: 172. E: 69 172 173. pag. 315. A: 160 170 172 173. A B: 161. B: 159. pag. 315. D: 71 172. pag. 316. B: 117 172. C: 156. D: 144. D—pag. 317. E: 160. pag. 317. B: 116 119. C: 48 49 55 73. pag. 318. A: 118 119. D: 119. E: 118 190 191. pag 319: 119. B: 121. E: 69 173. pag. 320. A: 174. C: 156 160. pag. 320. sqq.: 122 158 183. pag. 322. C: 100. pag. 323. A: 100. pag. 325. C—328. C: 101. pag. 325. E: 127. pag. 328. B: 165. D, E: 156. pag. 329. A: 69. pag. 329. C: 59 101. pag. 329. E, 330. B: 101. pag. 333. C: 162. pag. 333. D: 157. E: 99. (vid. App.) pag. 334. A—B: 157. pag. 334. E, 335. A, B: 158. pag. 338. E: 122 129 159. pag. 339. A: 129. D: 128. pag. 339.—347: 122. pag. 340. A, B: 129. E: 100. pag. 341. A: 139. C: 128 129. pag. 347. B: 174. pag. 347. C—348. A: 128. pag. 347. E: 128. pag. 348. C: 159. E: 116 163. pag. 349. A: 65. B, B—D, E: 101. pag. 351. B, C: 99. pag. 352. D: 101. pag. 360. C: 159. pag. 361. E: 72 159.

Rei publ. lib. VIII. pag. 567. E: 84. lib. X. pag. 600. C: 1. C D: 170. D: 119.

Soph. pag. 231. D: 118. pag. 232. D: 191.

Theaet. pag. 143. B C, 145. A: 173. pag. 152. A: 85 93. B: 89. C: 91. D: 79 85 107. pag. 156. A: 79 80 81 107. B, C: 81. D: 81 82. E: 84. pag. 157. A: 80 89. pag. 159. C, D, E: 84. pag. 160. A: 85. B: 84 89. C: 92 93. D: 91 92 107. pag. 161. B: 173. C: 178. D: 119 166. D E: 90. pag. 162. A: 173 178. D E: 179. pag. 164. D E: 61. E: 172 173 174. pag. 165. A: 173. pag. 166. C: 178. D: 120. pag. 168. E: 173. pag. 170. E: 178. pag. 171. D: 48 50 51 60. pag. 179. A: 166 173. D: 174. E, pag. 180. A, B: 175. pag. 181. D: 82.

Plinius Hist. Nat. lib. I. [II.] cap. 58: 26.

Plutarchus adv. Colot. cap. IV. (tom. II. pag. 1109. A): 32 90 105.

Consol. ad Apoll. cap. XXXIII. (tom. II. pag. 118. D): 67 68 73 161 173 181.

Nic. cap. XXIII. (tom. I. pag. 538. F): 76.

Per. cap. XVI. (tom. I. pag. 162. C): 25. cap. XXXVI. (tom. I. pag. 172. A): 66 138 155 161 173.

Sympos. lib. VII. pag. 699. A: 169.

Porphyrius apud Euseb. Praep. ev. lib. X. cap. 3: 176 188.

Proclus ad Plat. Rei p. lib. X. pag. 614: 181.

ad Plat. Tim. pag. 72: 87 (v. App.).

Prolegomena in Hermogenis Rhetorica ap. Walz. tom. IV. pag. 11. sqq.: 43. pag. 13. sqq.: 148.

Prolegomena in Status apud Walz. tom. VII. pag. 6: 43.

Quintilianus Inst. Or. lib. I. cap. 5. §. 33: 136. cap. 6. §. 17: 137. lib. II. cap. 1. §. 11, cap. 4. §. 22: 153. lib. II. cap. 16. §. 3: 145. lib. III. cap. 1. §. 10: 5 149 165 172. cap. 4. §. 10: 134. cap. 5. §. 5: 150 154. lib. V. cap. 13. §. 29: 153. lib X. cap. 5. §. 10: 151 154 169.

Scholiasta ad Aristoph. Nub. v. 113: 143 sqq.

Scholiasta ad Nicandri Alexiph. v. 3: 13.

Scholiasta ad Plat. Rei publ. lib. X. pag. 599. E: 66. pag. 600. C: 4 5 6 56 64 76 (v. App.) 97 (v. App.) 150 165 174.

ad Plat. Theaet. pag. 161. C: 178.

Seneca Epist. LXXXVIII: 89 96 154.

Sextus Empiricus adv. Math. lib. II. §. 96. sqq.: 147. lib. VII. §. 60: 86 94. §. 61: 91. §. 65: 178. §. 130: 109. §. 135: 104. §. 136: 103 104. §. 138: 104. §. 369: 86.

§. 389: 32 86 90 105. §. 390: 86. lib. IX. §. 55: 4 97 98. §. 56: 76 97 98. §. 57: 46 47 50 51 61 155 160.
Pyrrh. Hypot. lib. I. cap. 32: 79 86 88 92 94.
Simonides apud Plat. Prot. pag. 339. A—347. A: 122 sqq.
Simplicius in Arist. Phys. fol. 7: 105. fol. 32: 117. fol. 255. (pag. 423. Brand.): 190.
Stephanus Byzantius v. Ἄβδηρα pag. 5. West.: 2 145 sqq.
v. Τέως pag. 276: 2.
Stobaeus de Ass. Serm. XXIX. pag. 206: 169 189.
Strabo lib. XIV. pag. 644: 3.
Suidas v. Ἀναξαγόρας: 25.
v. Ἀπολλώνιος Τυανεύς: 45.
v. Δημόκριτος: 65.
v. κοτύλη: 6.
v. Πρόδικος: 4 167 174.
v. Πρωταγόρας: 1 2 5 6 46 64 97 134 150 164 174.
v. φορμοφόρος: 6.
Syncellus Chronogr. pag. 248. A: 47 50 68. B: 30. pag. 254. C: 31.
Themistius in Ar. Anal. lib. I. pag. 4. ed. Ald. 1495: 92.
Orat. XIII. pag. 161: 4 163. or. XXIII. pag. 286: 117. pag. 289: 4 129 137. pag. 294: 172. or. XXVII. pag. 338: 186. or. XXIX. pag. 347: 172.
Theodoretus Graec. Aff. Cur. disp. II. tom. IV. pag. 758: 97 98.
Theophilus ad Autolycum lib. III. cap. 7: 5 97 98.
Theophrastus de Sens. §. 27: 107.
Thucydides lib. VIII. cap. 70: 76.
Timo apud Diog. Laert. lib. IX. §. 52: 155.
apud Sext. Emp. adv. Math. lib. IX. §. 57: 47 61 155 160.
Tzetzes Chil. VII. v. 647: 13 176. XI. v. 696: 145. v. 697. sqq.: 144. sq. v. 713, 717: 144.
Valerius Maximus lib. I. cap. 1. ext. §. 7: 76 97 98. lib. VI. cap. 5. ext. §. 4: 66. lib. VIII. cap. 7. ext. §. 4: 6 28.
Vita Hippocratis (Hippocr. ed. v. d. Linden. tom. II. pag. 951.): 38.
Vita Platonis ed. Heeren. (Biblioth. d. alten Litt. u. K.) V. pag. 16: 164.
Vitae X oratorum pag. 833. D: 52.
Xenophon Hell. lib. I. cap 4. §. 21, cap. 5. §. 16, cap. 6, §. 29: 53.
Memor. lib. I. cap. 2. §. 10: 173. §. 20: 124. lib. II. cap. 1. §. 21: 167.
Sympos. cap. I. §. 5: 172.
Zenobius Cent. IV. 82: 148.

APPENDIX.

Pag. 8. v. 6. pro lib. I. leg. lib. 1. — Pag. 10. v. 19. pro cap. 17. leg. cap. 3 et 17. Galenus Philos. Hist. cap. II. Utrum (et q. seqq.) — Ad pag. 13. v. 15. De hoc Protagora disseruit B. Fabricius Mus. Rhen. 1843. pag. 371. et q. seqq. — Pag. 14. v. 18. pro B leg. E — Ad pag 17. v. 21. Democritus fortasse ἀνέρας scripsit. — Pag. 69. v. 15. pro 301, leg. 310. — Pag. 70. v. 8. post τελευτήσαντες — add. (conf. Macr. Sat. lib. I. cap. 1.) — Pag. 76. v. 22. et pag. 97. v. 36. add. Schol. ad Plat. Rei p. lib X. pag. 600. C. — Pag. 85. v. 19. add. Damascius Quaest. de prim. princ. ed. Kopp. pag. 367: "Οτι δὲ ἔστι τι καὶ τοιοῦτον ἐν τοῖς πράγμασι καὶ ἕτερον ἑτέρου μετέχει, ἀλλ' οὐ καθ' αὑτὸ ἕκαστον ἕστηκεν ἀπὸ τῶν ἄλλων μεμονωμένον καὶ μόνον τοῦτο λεγόμενον ὅ ἐστι, καθάπερ ἐπιχειρεῖ μὲν Πρωταγόρας ὑποτίθεσθαι, Λυκόφρων δε ἀπεφήνατο, δηλώσει ὁ λόγος μέτριον βασανισθείς. — Pag. 87. v. 30. add. Conf. Proclus ad Plat. Tim. pag. 72. — Pag. 97. v. 20. pro XII. leg. XIV. — Pag. 103. v. 29. pro cap. 3. leg. cap. 2. — Pag. 112. v. 21. pro Bestehen leg. Bestehenden. — Ad pag. 114. v. 18 Cum Baumhauero prorsus congruit Gerlachii sententia pag. 62, ubi vid. praecipue annot. 4. Ut Plat. Prot. pag. 349. nihil probetur: qua tandem ratione Gerlachii opinio probatur locis ab ipso allatis? De Theaet. pag. 166. vid. pag. 120. Pag. 167. E sq. Socrates Protagorae partes agens de sophistae placito ita disserit, ut Theodoro respondenti Παίζεις, ὦ Σώκρατες· πάνυ γὰρ νεανικῶς τῷ ἀνδρὶ βεβοήθηκας ipse se iocatum esse concedat. Sext. Emp. adv. Math. I 218, Plat. Gorg. pag. 482. et Legg. lib. X. pag 669. huc non pertinent. De Diog. Laert. lib. IX. §. 51 et Cic. N. D. lib. I. cap. 12. vid. pag. 96. 97; de Theaet. pag. 162. dixi pag. 179. Aristot. Met. lib. II. cap. 2. est de mathematicorum doctrina: vid. pag. 190. Quos ego vero memoravi locos cur neglexerit Gerlachius nescio: quibus addere poteram Prot. pag. 333. B: Ἀρά τίς σοι δοκεῖ ἀδικῶν ἄνθρωπος σωφρονεῖν ὅτι ἀδικεῖ; Αἰσχυνοίμην ἂν ἔγωγ', ἔφη, ὦ Σώκρατες τοῦτο ὁμολογεῖν, ἐπεὶ πολλοί γέ φασι τῶν ἀνθρώπων: de quo vid. pag. 162. — D: Ἀρ' οὖν, ἦν δ' ἐγώ, ταῦτ' ἐστὶν ἀγαθά, ἅ ἐστιν ὠφέλιμα τοῖς ἀνθρώποις; Καὶ ναὶ μὰ Δί', ἔφη, κἂν μὴ τοῖς ἀνθρώποις ὠφέλιμα ᾖ, ἔγωγε καλῶ ἀγαθά. — Ad pag. 122. v. 8. Eadem Prodici erat ratio: conf. Welckerus pag. 559. — Pag. 139. annot. v. 8. post τουτουί add. (conf. Welckerus pag. 543.) — Praeterea typotheta passim erravit, quos quidem errores facile ipse deprehendas: ut pag. 20. v. 32. mininum, pag. 33. v. 35. Herodot pro Herodoti, pag. 37. v. 11. apellatur, pag. 44. v. 26. Appollodori, pag. 51. v. 1. ἀποτρέχων pro ἀποτρέχων", pag. 73. v. 1. ἄνδρῶν.

Formis Caroli Georgii.

